
TRINITY COLLEGE LIBRARY
3 1761 02726735 0

CORPVS
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE

VINDOBONENSIS

VOL. XXXXIX.

VICTORINI EPISCOPI PETAVIONENSIS OPERA

EX RECENSIONE

IOHANNIS HAVSSLEITER:

PROLEGOMENA. VICTORINI TRACTATVS DE FABRICA MVNDI. COMMENTARII IN APOCALYPSIN EDITIO VICTORINI ET RECENSIO HIERONYMI VNA CVM POSTERIORVM ADDITAMENTIS. INDICES.

VINDOBONAE
F. TEMPSKY



LIPSIAE
G. FREYTAG (G.M.B.H.)

MDCCCCXVI.

JOHNSON REPRINT CORPORATION
111 Fifth Avenue, New York, N.Y. 10003

JOHNSON REPRINT COMPANY LIMITED
Berkeley Square House, London, W. 1

VICTORINI
EPISCOPI PETAVIONENSIS
OPERA

RECENSVIT, COMMENTARIO CRITICO INSTRVXIT, PROLEGOMENA
ET INDICES ADIECIT

IOHANNES HAVSSLEITER.

ADIECTAE SVNT SEX TABVLAE LVCIS OPE DEPICTAE.

VINDOBONAE
F. TEMPSKY



LIPSIAE
G. FREYTAG (G.M.B.H.)

MDCCCCXVI.

Reprinted with the premission of the original publishers.

JOHNSON REPRINT CORPORATION
111 Fifth Avenue, New York, N. Y. 10003

JOHNSON REPRINT COMPANY LIMITED
Berkeley Square House, London, W. 1

First reprinting, 1965, Johnson Reprint Corporation

Printed in the United States of America

THEODORO ZAHN

S.

PROLEGOMENA.

I.

De Victorini uita et scriptis.

(1. Testimonia ueterum de Victorino episcopo Petauionensi. — 2. Vbi et quando Victorinus uixerit. — 3. Quos libros scripserit et quae reliquiae eorum usque ad nos remanserint.)

1. Non multa testimonia antiqua de Victorino episcopo Petauionensi exstant atque facile enumerantur. initium faciamus ab Hieronymo, qui saepius de Victorino disseruit. atque in cap. 74 libri de uiris inlustribus, postquam cap. 73 Anatolii Alexandrini (c. 280) mentionem fecit, priusquam ad Pamphilum presbyterum, qui passus est Caesareae Palastinae sub persecutione Maximini (anno 309), transiret (cap. 75), haec scripsit (ed. Richardson p. 40 sq.): *Victorinus, Petauionensis episcopus, non aeque latine ut graece nouerat. unde opera eius grandia sensibus uiliora uidentur compositione uerborum. sunt autem haec: commentarii in Genesim, in Exodum, in Leuiticum, in Esaiam, in Ezechiel, in Abacuc, in Ecclesiasten, in Canticum Canticorum, in Apocalypsim Iohannis, aduersum omnes haereses et multa alia. ad extremum martyrio coronatus est.*

Iam in priore quodam capite libri Hieronymi Victorini nomen legentibus occurrit. intercedit enim necessitudo quaedam inter Papiae, episcopi Hierapolitani, et Victorini libros (cf. editionis nostrae p. 50, 20 et p. 154, 8 in test.), et praesertim Papiae doctrinam chiliasticam de mille annorum regno Victorinus ipse quoque amplexus est (cf. p. 14, 8 et p. 145, 10 in test.). hunc

consensum Hieronymus in cap. 18 memorat his uerbis: *Papias, Iohannis auditor, Hierapolitanus in Asia episcopus . . . dicitur mille annorum Iudaicam edidisse δευτέρωσιν* (= מִשְׁנָה, Mischna). *quem secuti sunt Irenaeus et Apollinaris et ceteri, qui post resurrectionem aiunt in carne cum sanctis dominum regnaturum. Tertullianus quoque in libro de spe fidelium et Victorinus Petauionensis et Lactantius hac opinione ducuntur.*

Idem Hieronymus testatur in comment. in Ezech. XI ad cap. 36, 1 sqq. (XXV 339 M): *Neque enim iuxta iudaicas fabulas, quas illi δευτερώσεις appellant, gemmatam et auream de caelo exspectamus Ierusalem* (cf. huius libri p. 146, 2 sqq.): *nec rursum passuri circumcisionis iniuriam nec oblaturi taurorum et arietum uictimas nec sabbati otio dormiemus. quod et multi nostrorum et praecipue Tertulliani liber qui inscribitur de spe fidelium et Lactantii institutionum uolumen septimum pollicetur et Victorini, Petauionensis episcopi, crebrae expositiones et nuper Seuerus noster in dialogo, cui Gallo nomen imposuit. et ut Graecos nominem et primum extremumque coniungam: Irenaeus et Apollinarius.*

De Tertulliani libro amisso de spe fidelium comparare aequum est, quod ipse adu. Marc. III 24 (= CSEL 47, 419) exposuit; praeterea autem conferas, si libet, quae Sulpicius Seuerus dial. II 14 Martinum Turonensem de Nerone et Antichristo disserentem inducit (CSEL 1, 197).

Non solum autem Papiam, sed etiam alios scriptores ecclesiasticos graecos Victorino praesto fuisse, in eis Irenaeum, Hippolytum, praecipue Origenem, nunc demonstrabimus. atque de Irenaeo satis est conferre, quae p. 148, 11; 152, 12; 154, 6 et 8 in test. adnotauimus. deinde quae ratio inter Hippolytum et Victorinum intercederet, Hieronymus ad Gen. 27, 27 sqq. in epist. 36, 16 (CSEL 54, 283) haec exposuit: *Hippolyti martyris uerba ponemus, a quo et Victorinus noster non plurimum discrepat.* quare quae iam Ioh. Waitz in libro: *Das pseudotertullianische Gedicht aduersus Marcionem* (Darmstadt 1901) p. 100 sqq. de locis parallelis Hippolyti et Victorini disseruit, secundum editionem nostram emendatam denuo examinanda

sunt. huc accedit, quod Hieronymus ipse, ut Victorini commentarium suppleret, nonnulla ab Hippolyto mutuatus est (cf. p. 78 et 79). principem autem locum inter eos, quos Victorinus imitatus est, Origenem obtinuisse Hieronymus saepius adfirmauit. id quod his quinque testimoniis probamus: 1) Hieronymus in epist. 61, 2, postquam de Hilario, Origenis interprete latino, disseruit et de Eusebio Vercellensi, quem haeretica praetermittentem optima quaeque transtulisse dicit, pergit: *Taceo de Victorino Petauionensi et ceteris, qui Origenem in explanatione dumtaxat scripturarum secuti sunt et expresserunt, ne non tam me defendere quam socios criminis uidear quaerere. ad te ipsum* (scil. Vigilantium) *ueniam* (CSEL 54, 577). — 2) Simili modo in epist. 84, 7 de negotio periculoso uariisque criminibus obnoxio, quod in Origenis libris latine uertendis suscepisse sibi conscius erat, haec scripsit: *Quis Latinorum umquam ausus est transferre libros eius de resurrectione, περὶ ἀρχῶν, stromateas? quis per infame opus se ipsum uoluit infamari? nec disertiores sumus Hilario nec fideliores Victorino, qui tractatus eius non ut interpretes, sed ut auctores proprii operis transtulerunt. nuper Ambrosius sic Exaemeron illius conpilauit, ut magis Hippolyti sententias Basiliique sequeretur* (CSEL 55, 130). — 3) In apologia Hieronymi adu. libros Rufini haec legimus (I 2 = XXIII 399 M): *(Rufinus) habuit in promptu Hilarium confessorem . . . habuit Ambrosium . . . et martyrem Victorinum, qui simplicitatem suam in eo probat, dum nulli molitur insidias. de his omnibus tacet, et quasi columnis ecclesiae praetermissis me solum pulicem et nihili hominem per angulos consectatur.* — 4) Ibidem III 14 (= XXIII 467 M): *Ego non accusaui, quare Origenem pro uoluntate transtuleris: hoc enim et ipse feci et ante me Victorinus, Hilarius Ambrosiusque fecerunt; sed quare translationem haereticam* (librorum περὶ ἀρχῶν) *praefationis tuae testimonio roborasti?* — 5) In commentario in Ecclesiasten Hieronymus ad cap. 4, 13 expositionem haec animaduertit: *Origenes et Victorinus non multum inter se diuersa senserunt . . . Super Christo et diabolo hunc locum interpretati sunt, quod puerum pauperem et sapientem Christum uelint* (XXIII 1050 M).

non tamen persuaderi poterat factum esse de nihilo, argumentantes: quia uoluntas dei nihil esse non possit. hoc paene usque nunc manet (CSEL 18, 155). ad haec quae Augustinus responderit, cum sentiret ex Priscilliani haeresi ad errorem Origenis quosdam fuisse delapsos, operae pretium est in Augustini scriptis perlegere (XLII 669—678 M). hoc unum addo Victorinum cum Origene comparatum nostrum esse Petauionensem (cf. Harnack, *Geschichte der altchr. Litt.* II 2, p. 427 not. 2), non C. Marium Victorinum Afrum, quem Otto Bardenhewer intellegendum esse censuit (*Geschichte der altkirchl. Lit.* II², p. 659 not. 1). alteram autem mentionem inuenimus in epistula Hieronymo falso adscripta, quae inscribitur *Ep. 37 seu dialogus sub nomine Hieronymi et Augustini de origine animarum* cap. 7 (XXX 263 M): *Beatus itaque Hieronymus tam sanctum Victorinum martyrem quam plerosque catholicos secutus se potius fieri quam propagari animas — secundum illud, quod in euangelio scriptum est: P a t e r m e u s q u o t i d i e o p e r a t u r, e t e g o o p e r o r* (Ioh. 5, 17) — *credere significauit.* sed haec hactenus. nunc de Victorini patria et aetate disputabimus.

2. Hieronymus Victorinum appellat Petauionensem episcopum. Poetouio autem (sic tituli in ipso oppido uel prope reperti omnes, hodie 'Pettau in Steiermark'), oppidum ad Drauum flumen situm, primum memoratur apud Tacitum hist. III 1 in enarrandis rebus gestis a. p. Chr. 69, unde intellegitur eo tempore hiberna ibi habuisse legionem XIII geminam; succreuit igitur omnino ut pleraque alia harum partium oppida ex castris canabisque. Poetouio autem coloniae formam accepit a Traiano: nam colonia Vlpia Poetouionensis ex Pannonia superiore dicitur in titulo n. 753 (cf. Corp. Inscr. Lat. III 1 p. 142 et 510). nec solum nomen coloniae ei attributum esse, sed colonos eo deductos ex Italia titulus n. 4057 (p. 516) docet. utrum iam in eorum numero Christiani fuerint an aliunde fides Christiana eo translata sit, nescimus. Poetouionem pertinuisse ad Pannoniam superiorem usque ad Constantinum Magnum, quarto autem saeculo finibus Norici mediterranei comprehensum fuisse tituli plurimi aliaque

testimonia testantur. nomina *Victorinus* et *Victorina* in titulis Pannoniae inferioris (n. 3542. 3555. 3591. 3626. 3668) et Pannoniae superioris (n. 3917. 3936: *Victorinus decurio coloniae eques Romanus sacerdos.* 3974. 3996 a. 4008. 4148) saepe occurrunt; Poetouione hic titulus inuentus est (n. 4016): *Isidi / Aug / signum / cum bas / Victorin(us) / ex uoto / posuit.* 'non aeque latine ut graece' nouerant auctores huius tituli in urna quadam Poetouione reperti (n. 4075): *Εὐσταθί(ῳ) ταῦτα qui / uixit ann. II m(enses) VIII d(ies) / VIII Αὐρήλιοι Δημήτ/ρι(ο)ς καὶ Φηλίκιτας γο/νεῖς υἱῷ γνησίῳ.* etiam nomina graeca non desunt (n. 4018 *Χρυσέρως*, n. 4032 *Φιλαδέσποτος*). in tali comitatu Victorinum episcopum uixisse non sine utilitate demonstrauimus. eum persecutione Christianorum sub Diocletiano orta martyrio coronatum esse certum est; incertum autem, quo anno mortem obierit. suspicamur autem non iam primis mensibus persecutionis eum supplicio affectum esse, sed eodem fere tempore, quo Irenaeus, episcopus Sirmiensis (Sirmium = 'Mitrovic') in Pannonia inferiore gladio percussus est. eius passionem proferunt Bollandiani continuatores ad diem XXV. Martii a. 304. eodem anno Victorinum quoque martyrii gloriam consecutum esse uerisimile est. martyrologorum qui Victorini meminerunt primus est Ado, archiepiscopus Viennensis, ad IV nonas Nouembres ita scribens (c. 860): *Natalis sancti Victorini, Petauionensis episcopi, qui persecutione Diocletiani martyrio coronatus est* (CXXIII 389 M). diffuse de omnibus rebus, quae ad sanctum Victorinum pertinent, tractant *Acta Sanctorum Nouembris* tom. I fol. 432—443. ibi (fol. 443) duo alii episcopi Petauionenses saeculi quarti memorantur: Aprianus et Marcus. ille in catalogo patrum Sardicensium (a. 343) legitur: *Aprianus de Petabione Pannoniae* (LVI 57 n. XI M), hunc laudant patres concilii Aquileiensis (a. 381) in epistula ad Gratianum, Valentinianum, Theodosium Augustos, accusantes quendam Iulianum Valentem Arianum, qui aliquamdiu sedem Petauionensem occupauerat: *Nam primo Petauione superpositus* (= superstes) *fuerat sancto uiro Marco, admirabilis memoriae sacerdoti; sed posteaquam deformiter deiectus a plebe est, qui Petauione*

esse non potuit, is nunc Mediolani post euersionem patriae, dicamus proditionem, inequitauit (XVI 943 M). post hunc Marcum intrusumque Iulianum Valentem nullius deinceps Petauionensis antistitis nomen in monumentis ueteribus occurrit, quamquam ciuitas ipsa saeculo quinto, quo Priscus rhetor floruit, superstes erat, qui eam uocat Norici ciuitatem (Fragmenta histor. Graec., ed. Mueller, uol. IV, p. 84) ipsaque cum territorio suo archiepiscopis Salisburgensibus subdita fuit et ad hunc usque diem permansit.

3. Restat, ut quaeramus, quos libros Victorinus Petauionensis scripserit et quae reliquiae eorum usque ad nos remanserint: qua in quaestione Hieronymi indicem iam memoratum (de uir. inl. c. 74) deinceps sequï atque singillatim et discretim adnotare placet, quibus indiciis fragmentisque hodie contenti esse cogamur.

1) Victorini commentarius in Genesim.

Ad Gen. 27, 27 sqq. Hieronymus in epist. 36, 16, postquam, cur Isaac, uir iustus et deo carus, non illi, cui uoluit, sed, cui noluit, deceptus errore benedixerit, secundum litteram explanauit, expositionem Hippolyti allegoricam accurate perscribit, quam etiam Victorinum amplexum esse adfirmat, quare eam pro exemplo commentarii deperditi integram acceptamus (= CSEL 54, 283—285): *Quoniam autem polliciti sumus et de eo, quid in figura significaret, adiungere, Hippolyti martyris uerba ponemus, a quo et Victorinus noster non plurimum discrepat, non quo omnia plenius executus sit, sed quo possit occasionem praebere lectori ad intelligentiam latiorem: 'Isaac portat imaginem dei patris, Rebecca spiritus sancti, Esau populi prioris et diaboli, Iacob ecclesiae siue Christi. senuisse Isaac consummationem orbis ostendit; oculos illius caligasse fidem perisse de mundo et religionis lumen ante eum neglectum esse significat. quod filius maior uocatur, acceptio legis est Iudaeorum; quod escas eius atque capturam diligit pater, homines sunt ab errore saluati, quos per doctrinam iustus quisque uenatur. sermo dei benedictionis est repromissio*

et spes regni futuri, in quo cum Christo sancti regnaturi sunt et uerum sabbatum celebraturi (cf. infra p. 6, 8; 140, 2; 144, 5!). *Rebecca plena spiritu sancto et sciens, quid audisset, antequam pareret, quia* *maior seruiet minori* (Gen. 25, 23), — *magis autem forma spiritus sancti, quae futura norat in Christo, in Iacob ante meditatur — loquitur ad filium minorem:* *uade ad gregem et accipe mihi inde duos haedos* (Gen. 27, 9), *praefigurans carneum saluatoris aduentum, in quo eos uel maxime liberaret, qui peccatis tenebantur obnoxii, siquidem in omnibus scriptoribus haedi pro peccatoribus accipiuntur. quod autem duos iubetur adferre, duorum populorum significatur adsumptio; quod teneros et bonos, dociles et innocentes animae. stola Esau fides et scripturae sunt Hebraeorum, quibus gentilium indutus est populus; pelles, quae eius bracchiis circumdatae sunt, peccata utriusque sunt plebis, quae Christus in extensione manuum cruci secum pariter adfixit. quod Isaac quaerit ab Iacob, cur tam cito uenerit, admiratur uelocem credentium fidem; quod cibi delectabiles offeruntur, hostia placens deo salus est peccatorum. post esum sequitur benedictio et eius odore perfruitur, uirtutem resurrectionis et regni aperta uoce praenuntians, quomodo etiam adorent eum fratres sui et seruiant ei credentes ex Israhel. quia igitur iniquitas est inimica iustitiae, Esau in discordiam concitatur et necem fraudulentus excogitat dicens in corde suo:* *adpropient dies passionis patris mei et occidam Iacob, fratrem meum* (Gen. 27, 41). *diabolus fratricidae Iudae os in Cain ante praemeditans in Esau manifestissime confitetur, tempus quoque interfectionis ostendens:* *adpropinquent, inquit, dies passionis, ut interficiam fratrem meum* (Gen. 27, 41). *quapropter Rebecca, id est patientia, nuntiauit uiro fratris insidias, qui uocato Iacob praecepit ei, ut Mesopotamiam pergeret et inde acciperet uxorem de genere Laban Syri, fratris matris suae. quomodo itaque fratris dolos fugiens Mesopotamiam tendit Iacob, ita et Christus Iudaeorum incredulitate conpulsus proficiscitur in Galilaeam, inde sibi ex gentibus sponsam sumpturus ecclesiam.' haec supra dictus uir.*

Cum ista relatione Hieronymi ipsius Hippolyti uerba comparari possunt, quae nunc et graece exstant et in linguam georgicam ex armeniaca translata (cf. *Hippolyts Schrift über die Segnungen Jakobs von C. Diobouniotis und N. Beïs,* 1911, p. 14 sqq. et *Drei Georgisch erhaltene Schriften von Hippolytus, herausg. von G. Nath. Bonwetsch*. 1904, p. 5 sqq., = *Harnacks Texte und Unters.,* uol. 38, 1 et 26, 1 a). Hieronymi autem relatio propinquiore paene cognatione coniuncta esse uidetur cum Victorini et tota ratione interpretandi et singulis locis, quam cum Hippolyti expressis uerbis, quare non licuit eam hoc loco praetermittere.

2) Victorini commentarius in Exodum.

Huius commentarii nullum uestigium deprehenditur, nisi forte ad Ex. 34, 33 conferas, quae p. 62, 14 sqq. exponuntur.

3) Victorini commentarius in Leuiticum.

A. Mai in *Spicilegii Romani* tomo V, 1 (Romae 1841) breuiarium codicum monasterii S. Nazarii Laureshamensis ex peruetusto codice (saec. XI) bibliothecae Palatinae Vaticanae (no. 1877) in lucem protulit (p. 161—200). ibi exstabat in scrinio XLV 3 *Liber Victorini in leuiticum* (p. 189). in praefatione autem (p. XVIII) editor alterum codicem addit haec scribens: *XLV. 3. et in arm. S. Petri II. 5. Victorini liber in leuiticum.* perlustratis ergo codicibus, qui in armario S. Petri apud Corbeiam reperti sunt, his numeris II. 5 signatum inuenimus codicem, qui inscribitur: *Expositio Hesychii presbyteri super leuiticum* (p. 203), unde concludimus Maium Victorini commentarium et Pseudo-Hesychii expositionem latine scriptam (Migne, patres graeci, LXXXXIII 787—1180) pro eodem opere habuisse, cui iudicio adsentiri non possumus. sed operae pretium esse uidetur hoc uestigium indagare et ante omnia perquirere, num codex ille olim Laureshamensis nunc Romae inter codices Palatinos latinos exstet et quo codex Corbeiensis translatus sit. hoc loco satis sit quaestionem haud parui momenti proposuisse.

4) Victorini commentarius in Esaiam.

Praeter locum iam supra p. X laudatum huc spectat Esaiae cap. 6, 2 expositio, cuius Hieronymus in epist. 18 A, 6 mentionem facit: *Sex alae uni et sex alae alteri. Victorinus noster duodecim apostolos interpretatus est* (CSEL 54, 82). praeterea haud inutile uidetur Esaiae locos in indice p. 156 enumeratos cum Hieronymi commentario in Esaiam comparare, quem non semel Victorini explanationem respexisse apparet. testimonio autem esse possunt hi duo loci: a) c. 4, 1: *(Septem mulieres) adprehenderunt hominem unum. unus autem homo Christus est* (p. 28, 15; 30, 1) = *adprehendent Iesum, quem multo tempore desiderauerant, quia nullum alium potuerant inuenire, in quo aeterna statione requiescerent* (XXIV 73 M). b) c. 60, 1. 19. 20: Victorini sententiae hoc uaticinium ad ultimum tempus referendum esse dicentis (p. 150, 1 sqq.) Hieronymus adsentitur, contradicit autem interpretationi chiliasticae haec exponens: *Ex hoc capitulo cogimur omnia, quae dicta sunt et dicenda, ad ultimum referre tempus, quando caelo terraque transeuntibus solis ac lunae cessabit officium. et erit dominus ipse lumen perpetuum, ut quae χιλιασταὶ carnaliter adserunt esse complenda, nos spiritualiter futura esse credamus, in qualitate promissionum, non in tempore discrepantes* (XXIV 597 M). quos autem ordini chiliastarum uel milliariorum adnumerauerit, in prologo libri XVIII in Esaiam commentariorum his uerbis explicat: *Nec ignoro, quanta inter homines sententiarum diuersitas sit . . . de resurrectione et de animarum et humanae carnis statu, de repromissionibus futurorum, quomodo debeant accipi, et qua ratione intellegenda sit apocalypsis Iohannis, quam si iuxta litteram accipimus, iudaizandum est; si spiritualiter, ut scripta est, disserimus, multorum ueterum uidebimur opinionibus contraire: Latinorum Tertulliani, Victorini, Lactantii: Graecorum, ut ceteros praetermittam, Irenaei tantum, Lugdunensis episcopi, faciam mentionem* (XXIV 627 M). quae cum ita sint, omnibus iis locis, quibus Hieronymus in milliariorum opiniones inquirit — exempli causa nomino locos de Antichristo de Assyriis ueniente

(ibid. 187 D), de aurea Ierusalem atque gemmata (290 A et 377 A), de consummatione mundi (351 D), de perpetuo sabbato (522 C; cf. infra p. 6, 8!) — cum aliorum tum Victorini sententias in commentario in Esaiam expositas designari suspicamur.

5) Victorini commentarius in Ezechiel.

Etiam in commentariis in Ezechielem et in Danielem Hieronymum saepe Victorini expositiones respexisse iam supra p. VIII uidimus et multis aliis exemplis probari potest. quod enim in Danielis cap. 11, 29 et 30 interpretatione legimus: *multi nostrorum putant ob saeuitiae et turpitudinis magnitudinem Domitium Neronem Antichristum fore* (XXV 568 M), dubium non est, quin praecipue ad Victorini sententiam pertineat (cf. infra p. 120, 8 sqq.). ex locis enim Ezechielis in commentario in apocalypsim laudatis (cf. p. 122, 2 et indicem p. 156) totus expositionis modus atque finis concludi potest.

6) Victorini commentarius in Abacuc.

Huius commentarii quoniam ne tantillum quidem recta uia ad nos peruenit, quaeritur, num reliquiae quaedam ex Hieronymi commentariis in Abacuc depromi possint. atque haec spes nos non fallit. nam saepius animaduertimus Hieronymum sua sententia explicata alterius quoque expositionis mentionem facere, quae Victorini mentem spirare uidetur. exempli causa cap. 2, 5 interpretatione spirituali proposita Hieronymus pergit scribere: *Potest autem hoc ipsum et de Antichristo interpretari, qui in tantum erit arrogans et superbus, ut in templo dei sessurus sit, faciens se deum* (II Thess. 2, 4). *et quasi infernus et mors tantos interficiet et ad se congregabit, ut, si fieri possit, decipiat etiam electos dei* (Matth. 24, 24). *congregabit quoque ad se omnes gentes et uniuersos populos in suum ducet errorem* (cf. infra p. 110, 1). *qui cum postea interfectum illum spiritu oris Christi* (II Thess. 2, 8; cf. p. 24, 15) *uiderint, intellegent uera esse, quae de eo ante praedicta sunt* (XXV 1294 M). similiter ad cap. 2, 15—17 Hieronymus primum notat: *Hoc sub persona*

haereticorum dictum sit; deinde addit: *Ceterum si uolumus de Antichristo intellegere siue de diabolo, qui operaturus est in Antichristo, et iste calice suo, quo Christi cupiet subuertere disciplinam, inebriabit plurimos, ut ebrii ingrediantur speluncas eius: sed postquam finis aduenerit, pro ea gloria, qua se magnificauerat, implebitur ignominia* (XXV 1303 M). eiusmodi uestigia Victorini complura indagari possunt. ut tertium exemplum addam: cap. 3, 2 interpretatione secundum Septuaginta: *in medio duorum animalium cognosceris* (= ἐν μέσῳ δύο ζῴων γνωσθήσῃ) recensita et uariis explicationibus propositis Hieronymus hanc postremo memorat expositionem: *Sunt, qui duo animalia duo intellegant testamenta, nouum et uetus, quae uere animantia sint atque uitalia, quae spirent, et in quorum medio dominus cognoscatur* (XXV 1309 M). quibus cum uerbis si Victorini sententiam p. 22—24 de gladio bis acuto uel p. 54—56 de alis quattuor animalium comparaueris, eundem hoc loco artam duorum testamentorum necessitudinem significauisse haud infitiaberis.

7) Victorini commentarius in Ecclesiasten.

Testis huius commentarii praeter Hieronymum est Cassiodorus, apud quem (de instit. diu. litt. 5) haec legimus: *Secundus liber Salomonis, qui appellatur Ecclesiastes, a beato Hieronymo potenter expositus est . . . de quo libro et Victorinus, ex oratore episcopus, nonnulla disseruit* (LXX 1116 et 1117 M). quod Victorinum nostrum 'ex oratore episcopum' appellat, errauit; alterum Victorinum (Caium Marium Victorinum Afrum) 'mirante Roma, gaudente ecclesia' (Augustini confess. VIII 2, 4) ex rhetore urbis Romae, si non episcopum, at certe christianum factum esse scimus. Hieronymus autem, ut iam p. IX uidimus, in commentarium suum ad cap. 4, 13 explicandum Origenis et Victorini interpretationem transcripsit; in qua ipsius Victorini mentem praecipue spirare postea uidebimus. sed audiamus uerba Hieronymi: *Melior est puer pauper et sapiens, quam rex senex et stultus, qui nescit prouidere in posterum etc. . . . Origenes et Victorinus*

non multum inter se diuersa senserunt (Origenem in Ecclesiasten homilias 8 scripsisse ex titulo Hieronymi scimus in epist. 33 constituto, quarum nulla ad nos permansit — CSEL 54, 257). *post generalem enim illam sententiam, quae omnibus patet, quod melior sit adulescentulus pauper et sapiens quam rex senex et insipiens, et quod frequenter euenit, ut ille per sapientiam suam etiam de carcere regis egrediens imperet pro dominatore peruerso, et rex insipiens perdat imperium, quod tenebat: super Christo et diabolo hunc locum interpretati sunt, quod puerum pauperem et sapientem Christum uelint — puerum iuxta illud: M a g n u m t i b i e s t u o c a r i t e p u e r u m m e u m* (Esai. 49, 6, cf. XXIV 465 M). *pauperem uero, quia pauper factus est, cum diues esset* (II Cor. 8, 9). *et sapientem, quia p r o f i c i e b a t a e t a t e e t s a p i e n t i a e t g r a t i a a p u d d e u m e t h o m i n e s* (Luc. 2, 52). *iste natus est in regno senis et idcirco dicit: S i e s s e t d e h o c m u n d o r e g n u m m e u m, m i n i s t r i u t i q u e m e i c e r t a r e n t p r o m e, u t n o n t r a d e r e r I u d a e i s: n u n c a u t e m n o n e s t d e h o c m u n d o r e g n u m m e u m* (Ioh. 18, 36). *in illius itaque stulti senis regno, qui o s t e n d i t e i o m n i a r e g n a m u n d i e t g l o r i a m e i u s* (Matth. 4, 8) *natus est optimus puer, et de domo uinculatorum, de quibus Ieremias in lamentationibus loquitur dicens: U t h u m i l i a r e t s u b p e d i b u s e i u s o m n e s u i n c t o s t e r r a e* (Thren. 3, 34), *processit ad regnum et abiit in regionem longinquam, et contra eos, qui super se eum regnare nolebant, post aliquantum temporis rex reuersus est* (cf. Luc. 19, 12 et 27). *praesago itaque spiritu uidit Ecclesiastes omnes uiuentes, qui possunt adulescentis participes esse dicentis: E g o s u m u i t a* (Ioh. 14, 6) *et uetere stulto rege dimisso Christum sequi. simulque duo ex Israel populi significantur: prior, qui ante aduentum domini fuerit, et posterior, qui Antichristum pro Christo suscepturus est — quod prior non penitus sit abiectus (prima quippe ecclesia ex Iudaeis et apostolis congregata est) et in fine Iudaei, qui Antichristum pro Christo suscepturi sunt, non laetentur in Christo* (XXIII 1050. 1051 M). cum hac sententi accurate congruunt, quae

apud Victorinum p. 120, 14. 20 de Iudaeis Antichristum tamquam Christum excipientibus legimus. praeterea si ad Eccle. 12.3 Victorini expositionem p. 84, 4, qui 'custodes domus' angelos esse uoluit, conferas cum Hieronymi uerbis: *Custodes domus aut sol intellegitur et luna et reliquus astrorum chorus, aut angeli, qui huic mundo praesident* (XXIII 1107 M), haud dubium est, quin posteriorem sententiam Victorinus in commentario in Ecclesiasten amplexus sit. ceterum etiam alia Victorini uestigia in Hieronymi commentario detegi posse uerisimile est.

8) Victorini commentarius in Canticum Canticorum.

Victorinum in huius libri expositione Origenis auctoritate ductum esse eo magis suspicamur, quod, ut Hieronymi testimonio utamur, 'Origenes cum in ceteris libris omnes uicerit, in Cantico Canticorum ipse se uicit' (Migne, patres graeci. XIII 35). reliquiae autem commentarii desunt.

9) Victorini commentarius in Matthaeum.

De Victorini expositione Matthaei euangelii Hieronymus de uir. inl. 74 tacet, sed ut Cassiodorus, ita ipse quoque aliis locis eam commemorat. atque Cassiodorus (de inst. diu. litt. 7) hos interpretes Matthaei latinos enumerat: *Matthaeum beatus Hieronymus iterum bis binis libris exposuit, quem etiam sanctus Hilarius in uno uolumine declarauit, de quo et Victorinus, ex oratore episcopus, nonnulla disseruit* (LXX 1119 M). dubium esse potest, utrum Victorinus totum librum exposuerit an ad singulos locos quaedam adnotauerit. sed Hieronymum Victorini opus commentarium nominauisse ex his duobus locis apparet, primum ex prologo commentariorum in euangelium Matthaei: *Legisse me fateor ante annos plurimos in Matthaeum Origenis uiginti quinque uolumina et totidem eius homilias commaticumque interpretationis genus, et Theophili, Antiochenae urbis episcopi, commentarios, Hippolyti quoque martyris et Theodori Heracleotae Apollinarisque Laodiceni ac Didymi Alexandrini; et Latinorum*

Hilarii, Victorini, Fortunatiani opuscula, e quibus etiamsi parua carperem, dignum aliquid memoria scriberetur (XXVI 20 M), praecipue autem ex translationis homiliarum 39 Origenis in euangelium Lucae prologo: *Praeterea commentarios uiri eloquentissimi Hilarii et beati martyris Victorini, quos in Matthaeum diuerso sermone, sed una gratia spiritus ediderunt, post paucos dies ad uos mittere disposui, ne ignoretis, quantum nostris quoque hominibus sanctarum scripturarum quondam studium fuerit* (XXVI 220 M).

Ad Victorini commentarium in Matthaeum pertinere uidetur, quod Hieronymus in libri de perpetua uirginitate beatae Mariae aduersus Heluidium c. 17 adfirmat dicens Heluidium, qui fratres Iesu (Matth. 13, 55) Mariae filios germanos appellauit, ad sententiam defendendam ut Tertulliani ita Victorini auctoritate usum esse: *Tertullianum in testimonium uocat et Victorini Petauionensis episcopi uerba proponit. et de Tertulliano quidem nihil amplius dico, quam ecclesiae hominem non fuisse; de Victorino uero id adsero, quod et de euangelistis, fratres eum dixisse domini, non filios Mariae — fratres autem eo sensu, quem superius exposuimus, propinquitate, non natura* (XXIII 201 M), de qua quaestione Th. Zahn in libro: *Forschungen zur Geschichte des neutest. Kanons,* uol. 6, imprimis p. 316—320, luculenter disputauit. in commentario in apocalypsim autem quotiens Victorinus Matthaeum euangelistam respexerit, ex indicis pag. 156 conspicuum est; quae omnia cum expositionibus commentarii in Matthaeum consona esse quis est qui negare possit?

Restat, ut miri cuiusdam fragmenti mentionem faciamus, quod quoniam ex 'commentariis Victorini' depromptum inducitur, commentario in Matthaeum attribuendum esse censemus. exstat autem in cod. Bobbiensi 70 Lit. S (nunc H. 150 Inf.) bibl. Ambrosianae Mediolanensis saec. IX (fol. 137^v, = ***A***) et in cod. 1473 bibl. uniuersitatis Patauinae saec. XV (fol. 164^v, = ***P***). ex illo hoc fragmentum edidit Lud. Ant. Muratorius (*Anecdota quae ex Ambrosianae bibliothecae codicibus nunc primum eruit,* Patauii 1713, tom. III p. 111—209 *Liber de computo*; p. 207 sq.

hoc fragmentum exstat = CXXIX 1369 M); denuo codicem conferendum curauit editionemque luculenta disputatione auxit Ernst von Dobschütz (*Texte und Untersuchungen,* uol. XI, 1 p. 137). ex cod. autem Patauino hoc monumentum, cui suprascriptum est nomen *Hieronymus,* publici iuris fecit Germain Morin (*Journal of Theol. Studies,* uol. VII p. 459). repetimus autem accurate textum cod. ***A*** et uncis rotundis inclusas addimus lectiones uariantes cod. ***P***: *In commentariis uictorini inter plurima* (*cetera* P) *hec etiam scripta reperimus* (*reperi quod* P) *inuenimus* (om. P) *in membranis alexandi* (*Alexandri* P) *epi qui fuit in hyerusale* (*ierusalem* P) *quod transcripsit manu sua (manu propria* P) *de exemplaribus apostolorum ita* (om. P) *VIII kl ianr natus est dns nrt* (om. P) *ihs χρσ sulpitio* (*suplicio* P) *et camerino* (*cromatio* P) *consulis* (*consulibus* P) *et* (om. P) *baptizatus est* (om. P) *VIII id ianr ualeriano* (*ualerio* P) *et asiatico cons.* (= *consule* A; *consulibus* P). *passus* (*uero* add. P) *est* (om. P) *X.* (*VIII.* P) *kl apl nerone III* (*tercio* P) *et ualerio˙ mesala* (*me˙sula* P) *conss* (*consulibus* P) *resurrexit.* (*Surexit* P) *VIII.* (*VI.* P) *kl apl conss* (*consulibus* P) *supra scriptis ascendit in celos V non maias post dies XL. conss supra scriptis. iohannis baptista nascitur VIII kl. iul et circumciditur kl. iul ad mariam uero* [fol. 138ʳ] *locutus est angelos* (sic) *VIII k apl sexto iam conceptionis mense˙ elisabeth habere dicens ex quo* (*ascendit in celos . . . ex quo* om. P) *supputatur* (*quippe* add. P) *eodem die dnm fuisse conceptum quo et resurrexit. Amen* (om. P).

Post *resurrexit* addit ***P*** haec uerba: *feria VI. annunciatus. fer. I. natus* || *fer. V. baptizatus. fer. VI. passus* || *A die natiuitatis domini usque* || *ad passionem ipsius anni XXXII.* || *menses . III. dies . XI.*

Haec computatio mirabilis hodie ita explicari solet, ut secundum eam Iesum Christum anno 9 aerae nostrae (Q. Sulpitio Camerino et C. Poppaeo Sabino consulibus) natum esse, anno 46 (Valerio Asiatico II. et M. Iunio Silano consulibus) baptizatum, anno 58 (Nerone III. et M. Valerio Messala Coruino consulibus) passum putandum sit. quae interpretatio

num recta sit, quaeritur. haec enim sunt consideranda: a) Illius computationis pars antiquior discernenda est a parte recentiore. partis autem antiquioris proprium est annos nomine unius consulis designare (*Sulpitio Camerino consule, Valerio Asiatico consule;* particula *et* errore scribae posterioris nomen consulis interrumpitur). atqui primus Valerii Asiatici consulatus, non secundus intellegendus est, quem scimus in tempora Caligulae anno 41 mortui cecidisse (cf. Pauly, *Realencykl.* VI, 1852, p. 2359). si igitur Iesus ante annum 41 baptizatus est, testimonium cod. Patauini probatur inter diem natiuitatis domini anno 9 nati et passionem annos 32 interfuisse. huic autem calculo posterius fragmenti additamentum contradicit, quod passionem Iesu in annum 58 utriusque consulis nomine designatum constituit. — b) Victorini certe non intererat computationem annorum proponere, sed quo die uel qua feria incarnatio, passio, resurrectio Iesu Christi celebrandae sint, indicere. arto enim propinquitatis uinculo, id quod nemo adhuc animaduertit, Victorini tractatus de fabrica mundi, praesertim c. 9 (p. 8), et fragmenti nostri finis inter se coniuncti sunt. atque ut illic ostendere conatus est: *ea die Gabrihel angelum Mariae uirgini euangelizasse, qua die draco Euam seduxit; eadem die esse (Christum) passum, qua Adam cecidit* (p. 8, 10 sq., 18), ita hic breui compendio docet: *feria sexta annunciatus, feria sexta passus.* sed longum est omnia, quae huc pertinent, hoc loco percensere.

10) Victorini commentarius in Apocalypsim.

Nunc uenimus ad eum commentarium, qui ut post tot saecula, quibus primaria eius forma nisi ab Hieronymo ualde commutata atque in contrarium redacta nota non erat, genuinus, integer incolumisque resuscitaretur, auctor huius libri per multos annos operam dedit. quaeritur autem, utrum Cassiodorus, qui eius mentionem fecit, editionem Victorini ipsam an recensionem Hieronymi in promptu habuerit. scribit enim de inst. diu. litt. 9 haec: *Apocalypsis uero, quae studiose legentium animos ad supernam contemplationem deducit et facit mente cernere, quod angeli uidendo beati sunt, sancti Hieronymi expositione con-*

spicua est: de quo libro et Victorinus saepe dictus episcopus difficillima quaedam loca breuiter tractauit (LXX 1122 M). haec ad recensionem pertinere uidentur, qua Hieronymus Victorini commentarium transformauit. nam num Hieronymus id quod insuper Anatolio promiserat, 'ingenium suum in hoc uolumine potissimum sudaturum esse' (cf. p. 15, 4 sq.), postea exsecutus sit, adhuc incertum est. certum autem est quattuor formas commentarii Victorini hodie discerni posse, quae omnes in hoc libro legentibus praebentur, atque primo loco

α) editio Victorini, quae exstat in plagulis numeris paribus designatis a n. 16 usque ad n. 154 (excepti sunt n. 78 et 124, quibus alia offeruntur),

β) recensio Hieronymi (= **Y**), quae in plagulis numeris imparibus notatis a n. 17 usque ad n. 153 (exceptis n. 125 et 127 lin. 1—10) inuenitur; ibidem exhibetur

γ) recensio posterior textu apocalypsis aliisque additamentis aucta (= **Φ**); quae huius et postremae recensionis propria sunt (= **X**), uncis angulatis ([ ]) inclusa sunt atque quoad textum apocalypsis litteris cursiuis impressa (huc pertinet etiam pag. 124);

δ) recensio postrema ex prioribus mixta (= **S**), quae qua ratione a recensione posteriore differat, postea accuratius uidebimus; ad hanc recensionem solam pertinent ea, quae in plagulis imparibus occurrunt uncis rotundis (( )) inclusa. iam hoc loco notare libet pro uncis angulatis p. 125, 1 et 127, 10 uncos rotundos ponendos esse.

11) Victorini liber aduersum omnes haereses.

Testis huius libri praeter Hieronymum est Optatus Afer, episcopus Mileuitanus, in primo libro contra Parmenianum Donatistam: *Marcion, Praxeas, Sabellius, Valentinus et ceteri usque ad Cataphrygas temporibus suis a Victorino Petauionensi et Zephyrino Urbico et a Tertulliano Carthaginensi et ab aliis adsertoribus ecclesiae catholicae superati sunt; ut quid bellum cum mortuis geris, qui ad negotium temporis nostri non pertinent?* (CSEL 26, 11). in libro Victorini deperdito praecipue

Marcionis haeresim refutatam esse ex duabus causis suspicamur. tota enim expositio apocalypsis impugnat 'haereticos, qui testimonio prophetico non utuntur' (cf. p. 54, 21), quorum nomina non nominantur, quorum sententia peruersa nusquam non refellitur. haec autem erat nota haeresis Marcionis. huc accedit, quod Optatus inter haereticos principem locum Marcioni, inter haereticorum impugnatores primum locum Victorino attribuit, qui quamquam aetate et Zephyrino et Tertulliano postponendus erat, tamen eis praefertur, quippe cui in certamine aduersus Marcionem palma debeatur. quae cum ita sint, contradicere cogor sententiae eorum, qui incerti scriptoris libellum aduersus omnes haereses Tertulliano falso adscriptum (CSEL 47, 213—226) opus Victorini esse contendunt (cf. Harnack, *Gesch. der altchr. Litt.* II 2 p. 430—432). nam huius libelli auctor Marcionis tam ignarum se exhibet, ut noui testamenti truncationem, quae ad Marcionem referenda est, Cerdoni potius, Marcionis magistro, adsignare maluerit (*Cerdon . . . solum euangelium Lucae nec tamen totum recipit. apostoli Pauli neque omnes neque totas epistolas sumit. acta apostolorum et apocalypsim quasi falsa reicit*, cf. CSEL 47, 222 sq.). praeterea ratio sermonis a Victorini stilo prorsus distat. in commentario in apocalypsim a Victorino haeretici 'Valentinus et Cerinthus et Ebion et cetera scola satanae' (p. 96, 1) nominantur, item Nicolaitae eorumque magister Nicolaus (p. 34, 11), quos omnes etiam in libro aduersum omnes haereses exagitatos esse uerisimile est.

12) Victorini 'multa alia' opera.

Quod Hieronymus de uir. inl. 74 etiam 'multa alia' opera Victorini memorauit, nescimus, quos libros intellexerit; nam saepe in illo libro, ut celaret nihil aliud sibi notum esse, huiusmodi uocabulum addidit ut *multa* (c. 93), *et nonnulla* (c. 84), *et nonnulla alia* (c. 89 et 102), *et multa alia* (c. 94, 114, 119), *et multa alia, quae enumerare longum est* (c. 87). nobis autem reuera sub Victorini nomine traditus est 'tractatus de fabrica mundi', cuius auctorem nostrum Victorinum fuisse

et genere loquendi et ipso argumento sententiisque chiliasticis demonstratur. qui tractatus quo in contextu olim lectus sit, incertum est; neque enim uerisimile est eum sermonibus coram populo habitis adnumerandum esse, qui uoce tractatuum significari solebant.

De proprietate doctrinae Victorini hoc loco amplius disputari non potest; eum chiliastam fuisse iam saepius animaduertimus eumque nullum discrimen statuisse inter Christum praeexistentem et spiritum sanctum ex locis p. 166 enumeratis perspicue apparet. accedunt alia, quae theologiam eius ante tempora concilii Nicaeni ortam esse demonstrant. in decreto Gelasiano *de libris recipiendis et non recipiendis* opuscula Victorini Petauionensis apocrypha declarata esse mirum non uidetur, si tota indoles huius indicis confusi respicitur, in quo et receptionem opusculorum beati Caecilii Cypriani martyris et Carthaginiensis episcopi et reprobationem opusculorum Thascii Cypriani iuxta positas esse uidemus (cf. v. Dobschütz, *Decretum Gelasianum* [Leipzig 1912] p. 13 u. 323, p. 8 u. 179 sq., p. 12 u. 319).

Restat, ut hos auctores nominem, qui nuper de Victorini libris accuratius disputauerunt:

1) Otto Bardenhewer, *Gesch. der altkirchl. Lit.*, II² (Freiburg 1914) p. 657—663;

2) Adolf Harnack, *Gesch. der altchr. Litt.* II 2 (Leipzig 1904) p. 426—432;

3) Iohannes Haussleiter, *Victorinus von Pettau* (*Realencykl. für protest. Theol.* XX³ [Leipzig 1908] p. 614—619).

II.

Tractatus de fabrica mundi.

Hunc tractatum, cuius nemo superioribus temporibus mentionem fecerat, primus Guil. Cave in libro *Scriptorum eccles. historia literaria* (Londini 1688) p. 102—104 ex codice Lambethano edidit et Victorino Petauionensi uindicauit, libel-

lum 'ἀποσπασμάτιον quoddam ex commentariis uel in Genesin uel in Apocalypsin decerptum' ratus.

Codex ille Lambethanus quoniam ad hunc diem unus fons mansit, ex quo tractatus hauriri potest, omnis posteriorum opera in eo accuratius legendo et describendo collocata est. et nouae editionis historiae Cauianae adornator quidem (Oxonii 1740) codicem denuo recognoscendum curauit adiutus a I. Walker, qui adnotatiunculas insuper criticas adiecit. deinde Walkeri et apographum et notas Andreas Gallandius repetiit in *Bibliothecae ueterum patrum* tom. IV (Venetiis 1768) fol. 49—51 ipseque opusculum in septem sectiones diuisit. postremo Mart. Ios. Routh (*Reliquiae sacrae* III² [Oxonii 1846] p. 455—461 textus, p. 464—483 adnotationes) hoc fragmentum Victorini secundis curis edidit noua collatione codicis ab H. I. Todd facta. et prior quidem Routhi editio repetita est in Patrologia a I. P. Migne curata V p. 301—316; alteram editionem ipse inspexi. sed tempus est de codice ipso disserere.

Cod. membr. in 4⁰ Bibliothecae Lambethanae, olim n. 90, nunc n. 414 notatus, 0,225 m. altus, 0,131 m. latus, fol. 159, fol. 1—80 saec. X—XI, fol. 81—159 saec. XII—XIII[1]) has particulas continet:

1) fol. 1ʳ—6ʳ: *De ineffabili excellentia dei. Scs Agustinus in libro sententiarum capit. LVI* (Prosper lib. sent. ex Aug. c. 61; XXXXV 1864 M). — 2) fol. 6ʳ—16ʳ: *De primo die a deo facta. Scs Ambrosius episcopus de die* etc. — 3) fol. 16ʳ—16ᵛ: *Liber secundus secundum Matheum. homines duos in regionem* etc. — 4) fol. 16ᵛ—21ᵛ: *De creatione angelorum | VI Scs Augustinus in lib. XII de ciuitate dei* etc. — 5) fol. 21ᵛ—25ᵛ: *VII De creatione aquarum in psalmo nonagesimo IIII. Quoniam ipsius est* etc. — 6) fol. 25ᵛ—36ʳ: *De stabilitate caeli et cursu dierum uel de caelo | VIII Scs Augustinus episcopus in libro genesi ad litteram ad locum* etc. — 7) fol. 36ʳ—36ᵛ: *VIIII De creatione nubium*

[1]) Hac in re sequor iudicium et auctoritatem Alfredi Holder, qui codicem nouissime contulit. C. Zangemeister autem priorem partem codicis saec. IX, alteram saec. XII attribuit (cf. *Sitzungsber. der K. Akademie der Wiss., phil.-hist. Cl.* 84. uol., Vindob. 1876, p. 539), H. Schenkl (ibidem, 150. uol., V p. 26) ipse quoque priorem partem saec. IX assignauit.

et pluuiarum | *Scs Agustinus* etc. — 8) fol. 36^v—38^r: *X De thonitruo uel de uentus* (sic) *et fulgoribus Eucherius in libro quaestionum capit. LXXX de psalmo LXXVI, ubi ait: Vox inquit* etc. (L 790 M) — 9) fol. 38^v—40^r: *XI De offensione seu deiectione diaboli Abdias propheta dicit* etc. — 10) fol. 41^r—52^r: *Incipiunt proplemae uel expositiones eorum* (*problema uel expositio* m 2) *sancti Ambrosii episcopi de sanctis euangeliis. scribitur in euangelii libro* etc. — 11) fol. 53^r—55^r: *Epistola de resurrectione. Quidam ueterator et callidus* etc. (cf. Hieronymi Ep. 108; CSEL 55, 339 lin. 21). 12) fol. 55^v—58^r: *Tractatus ordinis paschalis. Cum omnes apostoli de hoc mundo transissent* etc. (Anonymus de computo; CXXIX 1350 M). — 13) fol. 58^r—62^r: *Quod nox non praecedentis diei est .... suam procuret absentiam* (catalogus codicum Lambethanorum ab H. I. Todd confectus et anno 1812 impressus adnotat: *Excerpta Hieronymi in illud geneseos: Ex omni ligno quod est* etc. cf. Gen. 2, 16). — 14) fol. 62^r—63^r: *Expositio de die autem illa et hora nemo scit* etc. (cf. Matth. 24, 36). — 15) fol. 63^v—64^r: *De septem gradibus ecclesiae responsum sancti Seueri de Christi tradicione cum esset in corpore. Dic mihi qua aetate erat Ihs ... tunc fuit lector;* — 16) fol. 64^r—70^r: *Expositio domni Hieronimi de Cain pulchra satis. Quid sibi uult ... tunc omnis isrl saluus erit* (cf. Hieronymi Ep. 36; CSEL 54, 269—285). — 17) fol. 70^r—73^r (secundum antiquum foliorum numerum fol. 71^r—74^r)[1]: *explt liber quaestionu sci hieronimi ad damasum;* | *INCPT TRACTATUS* | *VICTORINI DE FABRICA MUNDI: Cogitante mihi .. angelis et hominibus. EXPLT TRACTATUS VICTORINI* | *DE FABRICA MUNDI;* | *INCPT DE SEPTEM EXPECTACULA MUNDI;* | *Plerique philosophorum dum studiis litterarum uacant* etc. — 18) fol. 73^r—78^r: *De septem expectacula mundi. Plerique* ... fol. 75^v *Septimum est Pharus Alexandrina* ... fol. 78^r ... *longis horae XV;* — 19) fol. 78^r—79^r: *Epistola Sci Agustini de ora* fol. 79^r |*tione ani⟨mae⟩ ... Anima, inquit, generaliter ... hoc defendatur.* — 20) fol. 79^r—80^v: *Item eiusdem de spiritu sci Agustini; Eo quod una natura sit ... Nam per omnes corporis particulas tota simul adest. Nec minor minoris* ... (duo folia abscissa sunt).

Hanc seriem tot tamque uariorum argumentorum non ex uno archetypo fluxisse facile est intellectu. ex quibus particulas numeris 1, 2, 4—8 notatas uinculo quodam inter se cohaerere

[1]) Inde ab decimo tractatu uetus foliorum ordo obseruari potest, ita ut pro fol. 41 fol. 42, pro fol. 55 fol. 56, pro fol. 70 fol. 71 etc. numeretur. hoc loco memorare libet initium tractatus de fabrica mundi: *Cogitanti mihi* etc. (p. 3, 2) in extremo folio 71^r legi foliumque 71^v ab his demum uerbis exordiri: *sex diebus ex nihilo* etc. (= p. 3, 6), quod corrigas uelim.

atque cum tractatu de fabrica mundi conexas esse apparet; agitur enim in his omnibus de creatione uel de natura rerum creatarum. tamen num ex uno codice transscriptae sint, dubium est; neque enim numerorum antiquorum ordo (VI—X), qui in particulis 4—8 obseruatur, ad nostrum tractatum (n. 17) continuatur. quem iam in archetypo codicis Lambethani Victorino assignatum esse uerisimile est et id Victorino Petauionensi chiliastae, cuius indolem tum stilum tum rem ipsam indicare iam primus editor cognouit. tractatus autem ante commentarium in apocalypsim scriptus esse uidetur, in quo, ut comparatio uocum in indice collectarum documento est, sermo purior atque liberior a uocabulis graecis exstat (cf. *thronus* in tractatu, *solium* in commentario etc.). accedit, quod Hieronymi iudicium, Victorinum non aeque latine ut graece nouisse (de uir. inl. c. 74), imprimis latinitate tractatus nonnusquam obscuriore confirmatur. nonnullos locos nodosos coniectura emendare studui, alii restant atque remedium exspectant.

III.

Commentarius in Apocalypsim.

Permultum interest inter Victorini editionem genuinam et inter recensionem Hieronymi una cum posteriorum additamentis, quibus per multa saecula usque ad hunc librum uera commentarii facies deformata, deturpata, proprietate sua priuata est. utinam complures testes editionis genuinae ad nostram aetatem peruenissent! per multos annos cunctatus sum inchoatum opus perficere sperans fore, ut alterum codicem inuenirem, cuius auxilio unus editionis Victorini testis in ueritate detegenda adiuuari posset. spes me adhuc fefellit atque restat, ut testimonio unius eiusque recentis codicis credamus.

A) EDITIO VICTORINI.

Dum codices Victorini undique colligere studeo, trium codicum Vaticanorum ab Angelo Maio mentionem fieri cognoui.

is enim in *Scriptorum ueterum noua collectione e Vaticanis codicibus edita* III 2 (Romae 1828) Marii Victorini philosophi in epistulas Pauli ad Galatas, ad Philippenses, ad Ephesios commentarios publici iuris fecit atque hoc monitum addidit, quo de illo Victorino maxima spes, de nostro parua excitari potuit (p. 147): *Tres ad hanc commentariorum curandam editionem adhibui Vaticanae bibliothecae codices; nempe Ottobonianum 3288 A, saec. XIV, a quo exscriptus est Ottobonianus 3288 B saec. XVI; postremo Vaticanum 3546 saec. item XVI, ab alterutro Ottoboniano ferme desumptum: quare lectionum uarietas in his ineditis commentariis nulla propemodum est .... primus occurrit Victorini in apocalypsim commentarius (seu commentarium, ut saepius in his codicibus scribitur,) cum praeuia Hieronymi epistula .... sequuntur Victorini commentarii hactenus inediti in epistulas ad Galatas et ad Philippenses. deinde Victorini scribuntur opuscula duo, nempe de illis uerbis geneseos f a c t u m e s t u e s p e r e e t m a n e d i e s u n u s; et contra duo principia Manichaeorum; quorum utrumque primus extulit in lucem Sirmondus, ex Heriuallensis monasterii codice sumptum ... sequitur in codd. commentarius hactenus ineditus in epistulam ad Ephesios. extremum est in codicibus opusculum inscriptum de physicis ... quodsi huic scripto Victorini nomen non praeponitur, aio id ipsum nomen ne duobus quidem opusculis in his codd. praeponi, quae a Sirmondo edita dixi, quaeque Victorini sine dubio sunt.* alias horum codicum partes nunc omitto[1]); prima pars digna est, quae diligentissime inspiciatur. nam praeuia Hieronymi epistula, quae notam recensionem indicare uidetur, quamquam Angelus Mai ea deceptus textum commentarii in apocalypsim minime respexit, non potest de textu ipso praeiudicare, cuius formam summi momenti esse statim uidebimus.

[1]) Cf. Iust. Woehrer, *Studien zu Marius Victorinus. Jahresbericht des Privat-Untergymn. zu Wilhering 1905*, p. 38 sqq. Woehrer argumentis parum probabilibus demonstrare studet Victorino Petauionensi non solum commentarium in apocalypsim, sed etiam duo opuscula de uerbis geneseos et de physicis attribuenda esse.

Primam codicum, imprimis codicis Ottob. 3288 A, collationem accepi a Leone Sternbach. is iudicauit codicem chart. 179 fol. non saec. XIV, id quod A. Mai suspicabatur, sed saec. XV scriptum esse. ratio autem codicum haec est:

1) Principem locum tenet codex Ottobonianus latinus 3288 A (= *A*) chart. — *ex codicibus ill*^{mi} *et excell*^{mi} *dñi Ioannis Angeli Ducis ab Altaemps L. IV 5* — fol. 1^r—22^r *Incipit prologus Be⌞ati⌟ pbri in libro Victorini . . . Apocalipsis Iohannis explicit.* huius codicis tria prima folia in marg. dextro scissuras passa sunt, quo fit, ut singula uerba uel uerborum partes non solum in hoc codice, sed etiam in descriptis codicibus desint, quamquam hi nonnulla conseruarunt, quae ibi postea demum euanuerunt. a prima manu secunda correctoris distingui potest.

2) Cod. Ottobonianus lat. 3288 B (= *a*) chart. saec. XV ex. — *ex codicibus Ioannis Angeli Ducis ab Altaemps L. III 14* — ex cod. Ottob. lat. 3288 A (= *A*) descriptus in fol. 1^r—15^v maiorem partem commentarii in apocalypsim continet inde a prologo Hieronymi (p. 14, 1) usque ad uerba: ... *ex quibus erat Christus carnem sumpturus* (p. 106, 12). statim sequuntur quinque folia uacua. quibus interiectis Victorini philosophi in epistulam Pauli ad Galatas commentarius subsequitur. qui in cod. *A* fol. 23^r initium facit (fol. 22^r *Apocalipsis Iohannis explicit,* fol. 22^v uacuum remansit).

3) Cod. Vaticanus lat. 3546 (= *α*) chart. saec. XVI inscribitur: *Est Antonii card. Carafae* (cf. fol. 1^r: *Antonii Card. Carafae Bibliothecarii munus ex testamento*). codex ex cod. Ottoboniano lat. 3288 B (= *a*) transcriptus in fol. 1^r—9^r dimidiam fere partem commentarii in apocalypsim continet inde a prologo Hieronymi (p. 14, 1) usque ad uerba: ... *semel introibat in templum* (p. 74, 7), atque haec folia respondent decem foliis codicis *a*, cuius folium decimum uersum eisdem uerbis clauditur. statim f. 9^r excipit commentarium Victorini philosophi in epistulam Pauli ad Galatas. hunc codicem ex cod. Ottob.

lat. 3288 B transscriptum esse inde apparet, quod, ut exemplo utar, uerba: *alias nouissimo* (cf. p. 24, 13), quae cod. Ottob. in margine praebet, in textum recepta sunt, et quod magna lacuna textus, quae a uerbis: *ad inlicitas permissiones* (p. 36, 9) usque ad uerba: *accepit Christus* (p. 50, 13) pertinet, duobus foliis cod. Ottob. accurate respondet a librario omissis.

Duorum codicum transscriptorum usum haud ita magnum esse facile intellegitur. saepius autem in apparatu critico primorum foliorum (p. 16—24) commemorantur, ubi nonnullis locis testes sunt lectionum, quae nunc in cod. *A* eiusque foliis mutilis desiderantur. sed quanti cod. *A* aestimandus esset, ultima commentarii pars adhuc prorsus incognita statim me docuit. nam quod Hieronymus in prologo recensionis confessus est se abstulisse, quae Victorinus chiliasta secundum litteram senserit, et finem uoluminis addidisse (cf. p. 14, 14 et 15, 1), nonne omnia ea, quae cod. *A* praebuit dissona a nota recensione, ipsam Victorini indolem et theologiam indicare uidebantur? non cunctatus sum cum studiosis antiquitatis christianae hoc anecdoton communicare, atque in ephemeride *Theologisches Literaturblatt* XVI (1895) p. 193—199 commentationem publici iuris feci. cui titulus est: *Der chiliastische Schlußabschnitt im echten Apokalypsekommentar des Bischofs Victorinus von Pettau* (cf. huius libri p. 136, 2—154, 18). hoc scilicet adnotaui librarium horribilem in modum textum deprauasse neque mihi contigisse, ut errores paene innumerabiles, quibus codex scateret, recte emendarem.

At rei grauitas et auctoritas, de qua omnes qui legebant consentiebant, nouam codicis pretiosissimi collationem postulare uidebatur. atque magnus erat fructus collationis codicis, quam Iohannes Graeven Romae denuo instituit. is adfirmabat codicem molestissimis adnumerandum esse, qui cogitari possent: adeo similes inter se esse multarum litterarum formas, ut quid quaeque sibi uellet haud facile diiudicaretur. primam collationem, quamquam summa cum diligentia factam, multis locis corrigendam esse; saepenumero ea, quae coniecturae modo et uia substituta erant, ipso codicis testimonio confirmari; alia

non posse non in dubio remanere. quae cum ita sint, quis non uelit suis oculis codicem inspicere? atque felicissime accidit, ut ars codices lucis ope depingendi in dies augeretur et bibliothecae Vaticanae custodes summa cum liberalitate hanc artem usurpari paterentur, inter quos gratias ago quam maximas uiro summe uenerando F. Ehrle. eius concessu factum est, ut tota pars codicis, quae Victorini commentarium continet, lucis ope depingeretur quid? quod huius editionis fautores sex tabulas photographicas huic uolumini addendas curauerunt, quibus ultima commentarii pars, cuius unus testis exstat cod. Ottobonianus, inde a p. 136, 2 usque ad finem libri continetur.

Iam ex prima tabula orthographiae codicis proprietas, litterarum singularis forma, usus litterarum uncialium (e. g. lin. 5 *Cetere autem,* lin. 10 *Prophete simili modo* = p. 138, 2. 6) cognosci potest. tituli autem in margine adscripti (*de equo albo et cet., de reclusione diaboli dicit in tartarum et angelos eius* etc.) unde originem duxerint, incertum est, quamquam hoc constat primam manum eos scripsisse, non alteram correctoris. sed de huius consilio uberius est tractandum.

Imprimis ex initio commentarii apparet correctorem exemplar recensionis Hieronymi cum textu Victorini comparauisse omniaque quae ibi inuenit additamenta sub signo † et addito saepe uocabulo *aliter* in margine notauisse. singulas autem lectiones si inspicias, exemplar simillimum fuisse codicum *CB* cognoscas, de quibus postea disputabimus. praesto sunt multa exempla:

p. 20, 5: in marg.: † *Et in capillis albis albatorum est similitudo* etc. = CB (p. 21, 8 not.)

p. 22, 15: † *aliter in regno dei* = CB (p. 23, 20 not.)

p. 26, 14: † *aliter ad mensuram dat deus spiritum. jo 3o* (= Ioh. 3, 34; collatores codicis legerant: *Ieso Christo*; tabula autem lucis ope depicta uerum sensum manifestauit, id quod in app. crit. corrigas uelim) = CB (p. 27, 15 not.)

p. 28, 7: † *aliter primo quod ut seruaret ipse* = CB (p. 29, 6 not.)

p. 30, 3: † *aliter et cum eis sunt uelatae* (pro: *et tunicis suis uelatae*) = CB (p. 31, 2 not.)

p. 32, 1: † *aliter dispensatores et posteros* (pro: *dissipatores et pestiferos*) = CB (p. 33, 1 not.)

p. 36, 7: † *aliter seueros* (pro: *esse uiros*) = CB (p. 37, 8 not.)

Aliis locis alii testes recensionis Hieronymi posteriorumque recensionum, de quibus postea agemus, cum lectionibus a correctore in margine adnotatis consentiunt; aliis nouum aliquid repraesentatur. id his exemplis demonstratur:

p. 22, 3: *Et zona chorus sanctorum et aurum per ignem probatum* = cod. T (p. 23, 5 not.)

p. 26, 6: † *aliter adorauimus in loco* = cod. F (p. 27, 6 not.)

p. 20, 5: *incredulis autem incendium* = cod. S (p. 21, 12 not.)

p. 24, 14: † *aliter in nouissimo* = cod. S (p. 25, 11 et 13 not.)

p. 22, 11: *Et ut id:* uocabulum *id* apud nullum alium testem legitur

p. 30, 7: in marg.: *stolas:* haec lectio est prorsus singularis.

Superfluum esse uidetur exempla cumulare. hoc unum addo, quod ad interpretationem cap. 13, 18 pertinet (cf. p. 122, 4 et not. crit.), correctorem in exemplari suo nihil aliud inuenisse nisi uerba: *sexcenti sexagies sexies, cum hominem enim adtulerit ad literam grecam;* unde apparet neque Victorinum neque Hieronymum conatum esse certum Antichristi nomen enumerare. quare omnia nomina, quae apud quosdam testes leguntur, ut *Antemos, Genserikos,* posterioribus demum recensionibus attribuenda esse manifestum est (cf. p. 124 not. 4).

Quoniam editionis Victorini integrae unum testem habemus, summi momenti quaestio est, num demonstrari possit quosdam scriptores ecclesiasticos ex fonte Victorini puro hausisse. atque auctorem homiliarum in apocalypsim, quae Augustino falso adscribuntur, quarum p. 66, 15 (in app. crit.) et p. 80 mentionem facimus, haec uerba Victorini legisse, quae Hieronymus omisit: *haec ergo sunt duo testamenta, quae pro captu temporis aut duo denarii aut noua et uetera aut gladius bis acutus nominatur* (p. 24, 8—10), ex homil. 1 apparet: scribit enim: *haec ergo sunt duo testamenta, quae pro captu temporis aut noua aut uetera, gladius bis acutus dicuntur* (XXXV 2418 M). alter testis est Commodianus, si licet eius aetatem, de qua etiamnunc controuersia est, post Victorini tempora constituere. conferas uelim, quae p. 138, 3 et p. 112, 4 in test. adnotaui, item p. 144, 10 in app. crit.

B) RECENSIONES.

1. Recensio Hieronymi (*Y*).

a) Recensionis ratio.

Anatolius quidam, de quo praeter nomen nihil scimus, Hieronymo Victorini explanationem in apocalypsim misit eumque orauit, ut iudicium de ea faceret. is cunctabundus, quoniam periculosum esse putabat de egregii uiri opusculis iudicare, precibus Anatolii satisfecit atque uolumen remisit non integrum, sed prorsus mutatum et correctum. Hieronymus ipse tribus uerbis rationem operae in codice emendando collocatae descripsit: nam se correxisse, quae ab imperitiis scriptorum uitiata essent, confessus est; praeterea se sociauisse uel addidisse, quae in maiorum commentariis de mille annorum regno repperisset; imprimis a crucis signo usque ad finem uoluminis omnia addita esse; postremo se nonnulla abstulisse, quae chiliasta ille secundum litteram sensisset. atque si editio Victorini et recensio Hieronymi inter se comparantur, emendationes uel correctiones opinione crebriores et grauiores esse cognoscitur. id nonnullis exemplis demonstremus.

α) Hieronymus Victorini sermonem poliuit:

16, 4	*quae praecepit*	=	*17, 9*	*praecepta*
20, 7	*faciem contra faciem*	=	*21, 15*	*facie contra faciem*
26, 7	*primi steterunt*	=	*27, 7*	*primum steterunt*
28, 3	*differet.* 52, 13 *feret*	=	*29, 3*	*differt. 53, 12 fert*
30, 7	*cooperiri optant*	=	*31, 7*	*cooperiri se optant*
32, 8	*student scripturas*	=	*33, 9*	*student scripturis*
32, 16	*abs te*	=	*33, 16*	*a te*
34, 9	*odio habebat*	=	*35, 10*	*oderat*
34, 10	*factiosi homines*	=	*35, 11*	*ficti homines*
40, 2. 11. 42, 6	*electio*	=	*41, 2. 12. 43, 6*	*conlectio*
42, 12	*neque frigidos neque calidos*	=	*43, 12*	*neque frigidos neque feruentes*
46, 5	*adaperit* (cf. ἀνοίγνυμι)	=	*47, 6*	*aperit*

48, 2	*ad Noe et filios suos*	=	*49, 2*	*ad Noe et filios eius*
64, 12	*quae de se praenuntiata fuerant*	=	*65, 10*	*quae de eo pronuntiata fuerant*
104, 10	*templum dei filius ipsius est*	=	*105, 11*	*templum dei filius eius est*
48, 7	*antequam iudicium inducat*	=	*49, 7*	*antequam iudicium iudicet*
54, 5. 8	*deforis*	=	*55, 5. 8*	*foris*
54, 18	*inanis fuerat praedicatio*	=	*55, 18*	*inanis erat praedicatio*
60, 8	*anne*	=	*61, 11*	*an*
66, 15	*eliberationis hominum*	=	*67, 15*	*liberationis hominum*
68, 4	*emisit spiritum*	=	*69, 7*	*misit spiritum*
96, 1	*cetera scola* ⟨*satanae*⟩ *sparsa per orbem*	=	*97, 2*	*ceteri scolae satanae diffusi per orbem*
108, 5	*in morte destinare*	=	*109, 5*	*in morte retinere*
122, 4	*ad literam grecam hunc numerum explebit*	=	*123, 6*	*cum enim adtulerit ad litteram grecam, hunc numerum explebit*
130, 6	*instabiles homines*	=	*131, 7*	*stabiles homines*
132, 8	*zabuli habet imaginem*	=	*133, 9*	*diaboli imago est*

β) Hieronymus aliam uersionem scripturae sacrae introduxit:

18, 15	(c. 1, 13) *inter medium candelabrorum aureorum ambulantem*	=	*19, 18*	*in medio candelabrorum aureorum*
22, 15	(Matth. 13, 52) *doctus de regno caelorum*	=	*23, 20*	*doctus de regno dei*
24, 5	(Matth. 17, 26) *da pro me et pro te*	=	*25, 5*	*dabis pro me et pro te*
24, 14	(Ioh. 12, 48) *uerbum . . illud iudicabit*	=	*25, 12*	*sed uerbum . . . illud uos iudicabit*
26, 6	(Ps. 131, 7) *adoremus, ubi steterunt pedes eius*	=	*27, 6*	*adorauimus, ubi steterunt pedes eius*
26, 9	(c. 1, 16 a) *septem stellae in dexteram*	=	*27, 10*	*stellae septem in dextera*
26, 14	(Ioh. 3, 34) *non enim de mensura dat spiritum*	=	*27, 15*	*non enim ad mensuram dat spiritum deus*
28, 12	(I Tim. 3, 15) *ut scias, qualiter debeas conuersari in aede dei aut quae sit ecclesia uiui dei*	=	*29, 12*	*ut scias, qualiter debeas conuersari in ecclesia dei uiui*

30, 8	(I Cor. 15, 53) *inuiolantiam . . uestiri*	=	*31, 8*	*uestiri inuiolatum*
38, 2	(c. 2, 15) *tenentes doctrinam*	=	*39, 1*	*talem tenentes doctrinam*
42, 15	(c. 3, 16) *euomam eum de ore meo*	=	*43, 15*	*uomam te de ore meo*
44, 6	(c. 3, 21) *sedere super solium iudicii*	=	*45, 6*	*sedere in solio iudicii*
48, 3	(Gen. 9, 13) *statuam arcum meum in nubibus*	=	*49, 3*	*iam statuam arcum meum in nubibus*
56, 7	(Matth. 19, 27) *nos his omnibus relictis secuti te sumus*	=	*57, 7*	*nos omnibus nostris relictis secuti sumus te*
56, 12	(Gen. 49, 16) *et ipse iudicabit populum suum*	=	*57, 12*	*Dan iudicabit et ipse populum suum*
60, 4	(c. 5, 1) *in manu sedentis super tribunal librum scriptum deintus*	=	*61, 6*	*in dextera sedentis super tribunal librum scriptum deintus et foris*
62, 7	(Gen. 49, 8. 9) *Iuda, te collaudant fratres tui: et dormisti et surrexisti tamquam leo et tamquam catulus leonis*	=	*63, 9*	*Iuda, te laudant fratres tui: recubuisti et dormisti et surrexisti tamquam leo et tamquam catulus leonis*
64, 2	(Hebr. 9, 20) *hic est sanguis testamenti, de quo mandauit ad uos dominus*	=	*65, 2*	*hic sanguis testamenti eius, qui mundauit uos*
68, 14	(Matth. 24, 14) *praedicabitur hoc euangelium in toto orbe terrarum*	=	*69, 17*	*praedicabitur hoc euangelium per totum orbem terrarum*
82, 12	(Matth. 24, 22) *nisi dominus breuiasset dies illos, non esset salua ulla caro super terram*	=	*83, 12*	*nisi adbreuiasset dominus dies illos, non esset salua omnis caro*
84, 4	(Eccle. 12, 3) *cum commoti fuerint custodes domus*	=	*85, 4*	*cum moti fuerint custodes domus*
84, 8	(Matth. 13, 28—30) *qui dixerunt: uis imus eradicamus illud? dicit eis: non, sinite utraque ut crescant usque ad messem, et in tempore, inquit,*	=	*85, 9*	*cui dixerunt: uis ibimus et eradicabimus illud? qui ait: non, sed sinite utraque crescere usque ad messem, et in tempore dicam messoribus colligere lolium et*

	dicam messoribus colligere lolium et in ignem mitti, triticum autem in horrea recondere			*facere manipulos et cremare igni aeterno, triticum autem colligere in horrea mea*
92, 1	(I Cor. 11, 5) *mulier orans aut prophetans non uelato capite*	=	*93, 1*	*mulier orans uel prophetans detecto capite*
92, 13	(c. 10, 11) *oportet iterum praedicare in populis, linguis et nationibus*	=	*93, 14*	*oportet autem te iterum prophetare populis et linguis et nationibus*
98, 14	(Hier. 1, 5) *priusquam te figurarem in utero matris tuae*	=	*99, 16*	*priusquam te figurarem in uentre*
100, 9. 13 et 122, 2	(Ezech. 31, 4) *ait enim Esaias: . . . aqua nutriuit illum*	=	*101, 11. 16 et 123, 2*	*ait enim Ezechiel: . . . aqua nutriet illum*
102, 3	(II Thess. 2, 7 b—9) *si modo tenet, qui uidetur, donec de medio tollatur. et tunc apparebit, cuius est aduentus secundum efficaciam satanae signis et mendaciis*	=	*103, 3*	*qui nunc tenet, teneat, donec de medio fiat. et tunc apparebit iniquus ille, cuius est aduentus secundum efficaciam satanae signis et portentis mendacibus*
102, 11	(II Thess. 2, 10. 11) *idcirco quoniam non ceperunt amorem dei, mittit illis deus spiritum erroris . . . qui non sunt persuasi a ueritate*	=	*103, 10*	*idcirco quod non receperunt amorem dei, mittit eis deus spiritum erroris . . . qui non sunt persuasi ueritate*
114, 6	(c. 12, 9) *et iactatus est draco magnus, anguis antiquus, recidit in terram*	=	*115, 10*	*et iactatus est draco magnus, anguis antiquus, iactatus in terram*
128, 12	(Dan. 11, 45) *et statuet in templo suo inter montem maris et duo maria*	=	*129, 17*	*et statuet templum suum inter duo maria super montem inclytum et sanctum*
130, 2	(Matth. 24, 15 et Marc. 13, 14) *cum uideritis aspernationem euersionis, quod dictum est per Danihel prophetam, stantem in loco sancto, ubi non licet, qui legit, intellegat*	=	*131, 2*	*cum autem uideritis aspernationem euersionis, quae dicta est per Danihelem prophetam, stantem in loco sancto, qui legit, intellegat*

γ) Hieronymus interdum ea mutauit, quae ad materiem expositionis a Victorino factae pertinent:

26, 6—8	*ubi illi . . . ecclesiam confirmauerunt, id est Iudeam, ibi . . . deum suum adoraturi*	=	27, 6—8	*ubi illi . . . ecclesiam confirmauerunt, id est in Iudea, ibi . . . dominum suum adoraturi*
26, 9	*diximus*	=	27, 10	*dixit* (scilicet *apocalypsis*)
28, 3	*nihil enim differet, utrum quis uexillationi, paucorum militum numero, an per eam toto exercitu loquatur*	=	29, 3	*nihil enim differt, ut quis uexillationem paucorum militum maiori numero anteponat*
28, 8	Victorinus epistulas Pauli in hac serie enumerauit: *Rom., Cor., Eph., Thess., Gal., Phil., Col.*	=	29, 8	Hieronymus hunc ordinem introduxit: *Rom., Cor., Gal., Eph., Thess., Phil., Col.* (cf. app. crit.)
44, 12	*Christus cum corpore in caelis ad patrem ascendit*; item p. 66, 7; 96, 8	=	45, 14	*Christus in corpore in caelis ad patrem ascendit*
46, 15	*haec duo testamenta*	=	47, 16	*haec duo iudicia*
48, 2	*locutus est deus*	=	49, 2	*locutus est dominus*
50, 7	*simile leoni animal euangelium est cata Iohannem*	=	51, 9	*simile leoni animal secundum Marcum*
52, 11	*(Marcus) uolantis aquilae habet effigiem*	=	53, 10	*(Iohannes) haec est similitudo aquilae uolantis*
50, 19	*Marcus interpres Petri ea quae in munere docebat commemoratus conscripsit, sed non ordine*	=		Hieronymus omittit hanc enuntiationem ex Papiae libro haustam
52, 11	*spiritus propheticus*	=	53, 11	*hi quattuor* (scil. *euangelistae*)
58, 11	*in euangelio suppleuit Christus dicendo*	=	59, 11	*in euangelio suppleuit spiritus sanctus ostendendo*
58, 15	*duos populos, unum patrum et prophetarum*	=	59, 15	*duos populos, unum patrum et alium prophetarum*
64, 20	*Christi mandata*	=	65, 18	*chrismae*
74, 7	*qui habebat Christi mandatum*	=	75, 7	*qui habebant chrisma*
74, 8	*significabat spiritum sanctum hoc esse facturum*	=	75, 8	*significante spiritu sancto Christum hoc semel facturum*

96, 9	*Iesum Christum ... sanctum dominum et pignus inmortalitatis*	=	97, 8	*Christum ... effudisse spiritum sanctum, donum et pignus inmortalitatis*
96, 13	*qui haec confitetur: dominum et Christum eius* (formula fidei binitaris)	=	97, 12	*qui hanc fidem confitetur*
98, 16	*utroque diuino*	=	99, 19	*uerbum dei uerax*
106, 12	*erat spiritus carnem sumpturus*	=	107, 15	*erat Christus carnem sumpturus*

Victorinus ut nullum discrimen esse docuit inter Christum praeexistentem et spiritum sanctum, ita Antichristum quoque eundem esse opinatus est, quem scriptura alibi diabolum nominat. legimus enim p. 114, 10 iactari Antichristum de caelo et angelos refugas uniuersos, quorum dux et caput ille est: postea Antichristum de caelo in infernum iactatum de inferno suscitari. Hieronymus autem negauit diabolum et Antichristum eundem esse, sed Antichristum unum de hominibus esse docuit, in quo totus satanas habitaturus esset corporaliter (cf. test. p. 115, 14). quare p. 115, 14 *eum* (id est *draconem magnum*) pro uoce Antichristi posuit atque addita particula *et* Victorini sententiam correxit (p. 115, 16: *sic et Antichristum de inferno suscitari Paulus apostolus ait*).

δ) Hieronymus omisit, quae ei displicebant: imprimis omnia chiliasmi uestigia deleuit.

Quod Hieronymus in prologo pronuntiauit a crucis signo usque ad finem uoluminis omnia addita esse, si eius recensionem cum editione Victorini compares, confirmatur. priusquam autem adderet, abstulit ea, quae Victorinus secundum litteram senserat, totamque expositionis partem a uerbis: *cuius in aduentu omnes colligentur* (p. 138, 1) usque ad finem (p. 154, 18) ita praetermisit, ut duo fragmenta in suam interpretationem transferret. nam et cap. 15, 2 explicationem (p. 137, 9—12) ex Victorini segmento chiliastico deprompsit (= p. 152, 8—11), et ad cap. 19, 11 interpretandum (p. 139, 1—4) ea adhibuit, quae Victorinus media in parte suspecta commentarii proposuerat (= p. 148, 14—17). sed in eis, quae Hieronymus

a signo crucis (p. 145, 10) usque ad finem (p. 153, 3) de mille annorum sensu addidit, nullum Victorini inuenitur uestigium.

Praeterea Hieronymus aliis locis nonnulla omisit neque indicauit, qua de causa istas expositionis partes auferret. ita p. 18, 19 sententiam praetermisit: *potest iam quasi filius dei dici, non quasi filius hominis,* item p. 24, 8—10 recapitulationem etiam a Pseudo-Augustino (cf. p. XXXV) seruatam: *haec ergo sunt duo testamenta, quae pro captu temporis aut duo denarii aut noua et uetera aut gladius bis acutus nominatur,* item p. 130, 14—16 enuntiationem: *sed quia, ut diximus, 'composito consilio' duces illius ciuitatem hanc magnam Babylonem sunt expugnaturi, ruinam illius est testatus.* aliquoties adiectiuum substantiuo attributi loco appositum abstulit et scripsit *sacerdotium* (p. 23, 3) pro *aeternum sacerdotium* (p. 22, 2), *deus* (p. 51, 2) pro *deus omnipotens* (p. 50, 1), *patris* (p. 89, 19 et 97, 10) pro *patris omnipotentis* (p. 88, 14 et 96, 11), quamquam alibi uocem *omnipotens* retinuit (cf. p. 91, 2 *omnipotentis dei,* p. 53, 11 *patris omnipotentis,* p. 97, 5 *patrem confiteri omnipotentem*). aliae abbreuiationes occurrunt p. 97, 17, ubi duae uerborum conformationes in unam reducuntur (*a gentibus* pro *aut a gentibus aut cum gentibus* p. 96, 17) et p. 133, 4, ubi simpliciter *nequitiae* dicitur pro *omnes enim passiones sanctorum* p. 132, 3. ut hoc loco *enim* omittitur, ita p. 27, 12 *igitur*, p. 27, 18 et 31, 4 *autem,* p. 37, 19 *sic.* sed tales minutias enumerare superfluum uidetur.

ε) Hieronymus complures expositionis partes addidit praesertim ex Ticonii Donatistae commentario depromptas.

Praemittere libet eos locos, quibus Hieronymus suo iudicio Victorini expositionem amplificare studuit. Christiani officium Victorinus his uerbis circumscripserat: *sic nec satis est Christianum dici et se ipsum confiteri et Christiani opera non habere* (p. 40, 9—10); Hieronymus autem maluit scribere: *sic nec satis est Christianum dici et ipsum confiteri et Christum in opere non habere, id est eius praecepta non facere* (p. 41, 10—11).

Victorinus animaduerterat repetitiones fieri in apocalypsi eamque idem primum per tubas, deinde repetendo per fialas significare — *non quasi factum esse dicat, sed quoniam semel quod futurum est ad eos, decretum est eis ut fiat, ideo bis dicitur* (p. 84, 15—86, 1); eandem sententiam Hieronymus dilucidare conatus est dicendo: *non quasi bis factum dicit, sed quoniam semel futurum est, quod est a deo decretum ut fiat, ideo bis dicitur* (p. 85, 17—87, 1). Victorinus martyr gnarus, quanta atrocitate pagani aduersus uerum deum pugnarent, scripserat: *exasperatur deus, quod idola colantur* (p. 130, 5—6); Hieronymus autem memor intra ipsam ecclesiam pugnam exortam esse pro mutatis temporibus addidit: *exasperatur deus, quod idola pro eo colantur, uel dogma haereticorum in ecclesiis introducitur* (p. 131, 5—7).

Nunc uenimus ad Hieronymi additamenta aliunde arcessita atque allata. primum autem in cap. 1 explicatione tres occurrunt particulae, quas Hieronymus addidit, quarum de origine disputare hoc loco longum est: prima ad cap. 1, 14 a: *et in capillis albis albatorum est multitudo lanae similis propter oues, similis niui propter innumerabilem turbam candidatorum de caelo datorum* (p. 21, 8—10); secunda ad cap. 1, 14 b: *Oculi eius ut flamma ignis. praecepta dei sunt, quae credentibus lumen ministrant, incredulis incendium* (p. 21, 11—12); tertia ad cap. 1, 13 c: *mammae duo sunt testamenta et zona chorus sanctorum ut aurum per ignem probatum. aliter* (p. 23, 4—6; subsequitur Victorini interpretatio). easdem sententias etiam apud Primasium et Beatum inueniri in app. crit. adnotatum est.

Ad interpretandum cap. 6, 5 c et 6 Hieronymus haec uerba addidit: *Statera in manu: libra examinis, in qua singulorum merita ostenderet. ait dux: uinum et oleum ne laeseris, id est hominem spiritalem ne plagis percusseris. hic est equus niger* (p. 71, 15—17). hanc particulam ex Ticonii commentariis depromptam esse, cuius longiorem expositionem Beatus seruauit, in test. p. 71 et 73 demonstratum est; alio loco latius de Ticonio disputaui et de multis adiumentis,

quibus opus amissum redintegrari potest (cf. *Realencykl. für prot. Theol.* XX³ p. 851—855). ex eodem fonte hausta sunt ea, quae Hieronymus ad cap. 6, 12—14 addidit (p. 77, 4—79, 2), quae longum est fusius in memoriam reuocare (cf. p. 76 in test.). ea quoque, quae ibi subsequuntur (p. 79, 7—81, 9), Hieronymi additamenta esse certum est, quorum primum (p. 79, 7—13) ab Hippolyto, secundum et tertium (p. 81, 1—4 et 81, 6—9) a Ticonio originem duxisse p. 78 et 80 pagellae albae opportunitate usi docuimus. haec tota interpolatio (p. 77, 4—81, 9) tanti spatii est, ut eius perscriptio in codice archetypo non sine magnis ambagibus fieri potuerit, quem denuo concinnatum atque compactum tantum damni accepisse, ut folia quaedam transponerentur, infra uidebimus.

Quoniam iam supra demonstrauimus (p. XLII) totam mille annorum interpretationem ab Hieronymo adiunctam esse (p. 145, 10—153, 3), restat, ut duorum additamentorum mentionem faciamus, quae arte inter se cohaerent. unum pertinet ad cap. 14, 19 et 20 (p. 135, 7—137, 2), alterum ad cap. 15, 1 et 2 (p. 137, 4—13). hanc expositionem partim ex Ticonii libro depromptam, partim ex Victorini segmento chiliastico transpositam esse ex test. p. 137 apparet.

ζ) Hieronymus quasdam particulas editionis Victorini transposuit.

Victorinus in expositione cap. 6 primum u. 5 id est equi nigri interpretationem praebuerat (p. 70, 1—4), deinde u. 4 id est equi rufi explicationem; Hieronymus autem ordinem mutauit et secundum seriem textus sectionem de equo rufo (p. 71, 4—7) ante sectionem de equo nigro (p. 71, 11—14) posuit. similiter uinculum rupit, quo Victorinus sectiones c. 14, 6—8 (p. 130, 10—16) et c. 17, 1—3 (p. 130, 17—132, 13) inter se nexuerat; statim enim subsequi uoluit cap. 14, 18 expositionem (p. 133, 16—135, 4) et intermissis duobus additamentis, de quibus iam diximus (p. 135, 7—137, 2 et p. 137, 4—13), tum demum rediit ad cap. 17, 1—3 interpretationem (p. 131, 17—133, 15), quam in nostra editione

propter ordinem ueri exemplaris praemissam esse, quo facilius comparatio fieret, in app. crit. p. 131, 16 adnotauimus. in his transpositionibus Hieronymus principium ordinis moderate instituit, quo auctores posteriorum recensionum, imprimis recensionis postremae, latius usos esse uidebimus, quos iam in cap. 1 expositione decem commentarii particularum ordinem ita mutauisse, ut ordinem textus ipsius sequi mallent, in app. crit. p. 21, 6 demonstratum est; Hieronymus ipse Victorini ordinem secutus id tantum fecerat, ut tres nouas particulas adderet successoribusque suis traderet.

Sed haec hactenus; tempus est codices describere, quibus Hieronymi recensionem debemus.

b) Testes recensionis Hieronymi.

Inter testes recensionis Hieronymi, quorum consensus nota graeca *Y* significatur, principem locum tenet

α) codex Taurinensis lat. G. V. 3 (= *T*) membr. formae octonariae fol. 103, scriptus, ut Reifferscheid uoluit. saec. X (*Sitzungsber. der K. Akademie der Wiss. phil.-hist. Cl.*, 68. uol., Vindob. 1871, p. 490; ibidem p. 490—493 exstat index scriptorum, quae in hoc uolumine continentur), ut Robert Kauer, cuius collatione codicis usus sum, iudicauit, saec. XI. fol. 1ʳ in marg. sup. hoc indicium originis inuenitur: '*Liber scti* 88 *columbani de bobio*'; Amedeus Peyron, qui M. Tullii Ciceronis orationum pro Scauro, pro Tullio et in Clodium fragmentis ineditis (Stuttgardiae et Tubingae 1824) praefationem praemisit de bibliotheca Bobiensi eiusque inuentario anno 1461 confecto, hunc codicem optimae notae spem facere optimae lectionis iudicauit (p. 188; cf. indicem scriptorum p. 26). atque codicem ex exemplari uetustissimo descriptum esse inde apparet, quod compendia scripturae rara eaque usu ecclesiastico probata in eo inueniuntur, qualia haec sunt: *d̃s, dñs, eccla, gr̃a, gl̃a, apl̃s, sc̃s, sp̃s*. eodem pertinet, quod uocalis *a* saepissime formam *cc* exhibet, paucis locis formam *a*. continentur haec scripta: 1) fol. 1ʳ: *Hieronymi presbyteri tractatus explanationum in Daniele propheta, uidelicet decem uisionum eiusdem prophe-*

tae. — 2) fol. 47^r: *Eiusdem explanatio in libro apocalipsis Iohannis apostoli.* — 3) fol 58^v: *Eiusdem epistola de Melchisedech sacerdote.* — 4) fol. 63^v—100^v: *Iuliani Toletani episcopi prognosticorum futuri saeculi libri III.*

β) Cod. 1079 bibliothecae oppidi Arras (= *D*) membr. fol. 105 formae quadratae, saec. X scriptus, describitur *Catal. manuscr. dép.* IV, 1872, p. 104 n. 235. erat codex bibliothecae monasterii S. Vedasti Atrebatensis, ut in prima pagina codicis indicatur additis numeris 1628. A. 148, unde apparet codicem in indice anni 1628 nota 'A. 148' signatum fuisse. continentur haec scripta: 1) fol. 1. *Commentarius in Canticum Canticorum,* non longo ductu linearum sed ita scriptus, ut binae columnae in singulis paginis exstent:

Nunc cecinit Salomon mira dulcedine librum,
Qui tenet egregias sponsi sponseque camenas
Ecclesiae et Christi laudes hinc inde canentes etc.

2) fol. 15. *Prologus beatissimi Hieronimi ad Anatolium de explanatione Apocalypsis sancti Iohannis euangeliste* etc. commentarius eodem modo quo commentarius in Canticum Canticorum scriptus est, reliqua pars codicis inde ab fol. 28 exhibet longas lineas per totum spatium paginarum ductas.

3—6) fol. 28. Sequuntur *expositiones Bedae in Prouerbia Salomonis, in Ecclesiasten, in Canticum Canticorum, in librum Esdrae prophetae.*

7) '*Incipit gloriosus et a Deo dispositus aduentus in coenobio Floriacensi rite . . . Benedicti patris*', id est translatio sancti Benedicti scripta ab Adalberto Floriacensi.

8) Post lacunam: *Explicit sermo delectabilis memoriae domni Odonis de sancto ac toto orbe ueneranter colendo augusto patre Benedicto. Incipit praefatio super uita sancti Hieronymi presbiteri. Plerosque nimirum illustrium uiros non ambigo nosse quo natus quibusque doctrinis sit uel litteris instructus* etc. *Incipit uita beati Hieronimi presbiteri. Beatus igitur Hieronimus genere nobili ortus, patre uero Eusebio nomine* etc. f. 105^r in fine: *In saecula saeculorum. Amen.*

Codicis collationem mihi suppeditauit Florianus Weigel. in ea parte codicis, quae a fol. 15 usque ad fol. 27 pertinet, complura folia exciderunt: inter fol. 15 et 16, inter fol. 17 et 18, inter fol. 21 et 22 singula folia et post fol. 22 duo folia. unde sequitur, ut aliquot partes recensionis Hieronymi testimonio cod. *D* careant (cf. huius libri textum et app. crit. p. 23, 18 usque ad p. 33, 16; p. 51, 16 usque ad p. 61, 1; p. 89, 15; p. 111, 1 usque ad p. 115, 12; p. 129, 18 usque ad finem). Hieronymi recensionem imperfectam subsequitur in foliis 23—27 alia expositio apocalypsis, cuius initium deest, quae in fine ipsa quoque Hieronymo attribuitur. hanc expositionem secundum cod. Bambergensem B. V. 18 (patr. msc. 102) saec. IX primus èdidit K. Hartung: *Ein Traktat zur Apokalypse des Ap. Johannes in einer Pergamenthandschrift der K. Bibl. in Bamberg*, 1904. editor textum cod. Bambergensis accurate typis expressit atque cod. Monacensem lat. 14469 contulit neque desiderio editionis criticae satisfecit. exstant complures alii codices; ipse contuli praeter cod. Bambergensem fol. 101—110 et Monacensem 14469 saec. IX fol. 130—143 etiam codices Monacenses lat. 14423 (fol. 77 sqq.) et 17780 anno 1439 scriptum, praeterea cod. Arnulphi Metensem n. 125 saec. XI fol. 28 sqq. ad hos quinque codices accedit cod. 1079 bibliothecae oppidi Arras, cuius iam mentionem fecimus, fol. 23—27; ex quo codice Fl. Weigel Hieronymi expositionem descripsit. solus cod. Bambergensis praebet prologum: *Multa quidem obscuritas in hoc habetur uolumine . . . (Iohannes) extraneus a dolore corporis migrauit ad dm̃.* ibi quoniam Primasii episcopi, qui circa annum 550 post Chr. n. floruit, super Apocalypsim expositio atque ipsius beati Hieronymi dictum de Iohannis apostoli exitu (cf. in cod. Fuldensi ab Ernesto Ranke a. 1868 edito p. 432) commemoratur, neque prologum neque qui sequitur tractatus super Apocalypsim Hieronymo attribui posse apparet. tractatus incipit: *Iohannes gratia dei interpretatur. figuram Christi tenuit* et explicit: *si quis deminuerit de uerbis prophetiae huius: id est ut aliquid inde non suscipiat.* in cod. Bambergensi sequuntur haec uerba: *Explicit liber sancti Ysidori a[men].* in fol. 78—101

huius codicis liber Isidori de ordine creaturarum descriptus est; idem num expositionis in Apocalypsim auctor fuerit, quaeritur.

γ) Codex 895 bibliothecae oppidi Troyes (= *C*) membr. fol. 193, saec. XII scriptus, continet quinque opera (cf. *Catal. manuscr. dép.* II, 1855, p. 370). quorum ordo hic est:

1) fol. 1—81 *Sancti Saluiani episcopi libri VIII dati ad sanctum Salonium episcopum de gubernatione dei. Incipit praefatio* etc. — 2) fol. 82r—98r *Incipit liber Ferrandi diaconi ecclesiae Kartaginensis ad Reginum comitem, qualis debeat esse dux religiosus in actibus militaribus.* — 3) fol. 98r—121r *Incipit disputatio fidei inter Arrium et Athanasium.* — 4) fol. 122r—135r *Incipit prologus beati Ieronimi presbiteri in librum Victorini super Apocalypsim.* — 5) fol. 135r—193r *Epistola domini Angelomi uiri clarissimi ad Lotharium imperatorem super Cantica Canticorum.*

Codicem ipse contuli. in primo folio nota inuenitur manu posteriore scripta: *Liber sce marie clare vallis. E 13,* unde apparet codicem ex monasterio Clairvaux in bibliothecam oppidi Troyes translatum esse.

δ) Cod. monasterii sancti Victoris prope Parisios, nunc cod. 316 bibliothecae 'de l'Arsenal' saec. XII (= *B*) membr. ex duabus partibus compositus est, in quarum altera (fol. 84—214) hi libri exstant, tali modo scripti, ut singulae paginae codicis in binas columnas diuisae sint:

1) fol. 84 *Expositio uenerabilis Bede presbiteri super Parabolas Salomonis,* 2) fol. 121 *Eiusdem liber super Cantica Canticorum,* 3) fol. 182r *Eiusdem liber super Apocalipsin,* 4) fol. 208—214 *Incipit prologus beati Ieronimi presbiteri in librum Victorini super Apocalipsin* (cf. *Catal. des man. de la bibl. de l'Arsenal par Henry Martin* I, 1885, p. 190 sq.).

Collationem codicis praebuit Florianus Weigel. in marg. inf. f. 213r haec scripta sunt: *Hunc librum acquisiuit monasterio sancti Victoris prope Parisius* (sic!) *frater Iohannes Lamasse, dum esset prior eiusdem ecclesie.* prior Iean La Masse 26. Oct. 1448 abbas monasterii factus est et diem supremum obiit 31. Mai. 1458 (cf. Martini catal. VIII, 1899, p. 473).

ε) Editio princeps, quam littera *e* significamus, ex codice monasterii s. Victoris (= *B*) deprompta est. prodiit in calce libri formae maioris foliorum 10 litteris aa et bb signatorum et foliorum CCLVIII numeratorum: *Theophylacti Buglariae archiepiscopi in omnes diui Pauli apostoli epistolas enarratiões, iam recens ex uetustissimo archetypo graeco per Ioannem Lonicerum fidelissime in latinum conuersae. | Ad haec | eiusdem Theophylacti in aliquot prophetas minores cõpendiaria explanatio, eodem Ioanne Lonicero interprete. | Item Victorini commentarii in Apocalypsim. Parisiis, apud Viuantium Gaultherot Via Iacobaea sub insigni diui Martini 1543.* in indice folii aa II^r exstat post 'elenchum et ordinem epistolarum Pauli': *Victorini commentarii in Apocalypsim, ex bibliotheca diui Victoris ad Parisios. 252.* pertinet commentarius inde ab fol. CCLII usque ad fol. CCLVIII^r. postrema commentarii uerba subsequuntur hae lineae duae: *Ex officina chalcographica Petri Vidouaei, An. Domini M. D. XLIII.*

Altera editio gemella formae minoris octonariae prodiit Parisiis 1549 *apud Iacobum Bogardum sub insigni D. Christophori è regione gymnasii Cameracensium.* ipsa quoque continet in 101 foliis numeratis Theophylacti in Pauli epistolas et in eosdem quattuor prophetas (Habacuc, Ionas, Naum, Osee) enarrationes: in fol. 102—112 subsequitur eas *Victorini liber in Apocalypsin* praemisso in fol. 101 prologo Hieronymi.


Textus huius editionis transiit in complures bibliothecas patrum, ex quibus notissimae hae sunt:

1) Margarin de la Bigne, *Bibliotheca SS. Patrum* etc. (Paris. 1575) VI p. 713—730,


2) *Maxima Bibliotheca ueterum Patrum* etc. (Lugduni 1677) III p. 414—421.

Textum editionis Hieronymi notis illustrare conatus est Andreas Riuinus in libro: *Sanctae reliquiae duum Victorinorum,* Gothae 1652, in quo libro p. 31—74 Victorini commentarius ex recensione Hieronymi exstat et p. 74—124 Riuini notae in commentarium accedunt.

In archetypo recensionis Hieronymi rectus commentarii ordo foliis quibusdam transpositis turbatus est, cuius turbationis uestigia in omnibus huius recensionis exemplaribus exstant. sequitur enim post cap. 6, 14 expositionem (cf. app. crit. p. 77, 15 et 79, 1) statim interpretatio cap. 11, 1 (cf. p. 95, 7) et particulae sequentis usque ad cap. 12, 5 a et 3 b (cf. app. crit. p. 109, 14 et 111, 1), deinceps transitur ad expositionem cap. 7, 1 (p. 79, 7) et sequentis partis usque ad finem cap. 10 (p. 95, 3), et tum demum reditus fit ad rectum commentarii ordinem ita, ut interpretatio cap. 12 interrupta continuetur. utramque commentarii particulam transpositam idem fere spatium libri expleuisse inde apparet, quod in editione principe lineae 76 et 78 numerantur, in codicibus unum folium et dimidium utrobique uel in ampliore scriptura bina folia usurpantur. itaque si rationem transpositionis ad quemuis archetypi quaternionem referimus et originalem foliorum seriem hanc fuisse statuimus:



sequitur, ut in noua quaternionis ligatione mediis foliis transpositis haec series appareat:



Codicem archetypum autem denuo concinnatum atque compactum esse post Hieronymi correcturas, additamenta, praetermissiones, quarum in prologo (cf. p. 14 et 15) mentionem facit, supra demonstrauimus (p. XLIV). atque ita factum est, ut mira codicis ab origine perturbati forma ab omnibus scribis posteriorum temporum seruaretur atque non solum in omnibus testibus recensionis Hieronymi exstaret, sed etiam ad testes recensionis posterioris textu apocalypsis aliisque additamentis auctae transiret. auctori demum recensionis postremae, quam codex bibliothecae Casinensis CCXLVII (= *S*) exhibet, contigit, ut, qua utebatur libertate in textu redigendo, damnum illud, quod tam longo temporum interuallo inueterauerat, resarciret.

2. Recensio posterior textu apocalypsis aliisque additamentis aucta.

Recensionis posterioris testes sunt codices *FHIKkM*, quorum consensum littera graeca *Φ* indicat. inter eos principem locum tenet

α) codex Harleianus 3012 (= *F*) saec. IX ex. uel X in., membr. fol. 84, 0,17 × 0,22, ortus, ut in fol. 1 indicatur, *ex libris S. Martini Mon(aste)rii Wiblingen(sis)* prope Ulmam siti. exstant in eo haec scripta (cf. *Sitzungsber. der K. Akademie der Wiss. phil.-hist. Cl.*, 84. uol., Wien 1877, p. 494 sq.): 1) fol. 1—32 Augustini liber de animae quantitate. — 2) fol. 33—70 Sedulii carmen paschale (cf. *CSEL 10* p. XXXVII). — 3) fol. 71^r—84^r *Explanatio sci Hieronimi in libro | apocalypsin Iohannis apostoli.* praemissa est *prefatio sci Hieronimi: Discrimina transuadantes inueniunt casus* etc. Hanc partem codicis in usum meum describendam curauit Alfredus Holder.

β) Cod. Hafniensis — *cod. man. Arnam. Legat Nro 1927 AM 795. 4to* — saec. XII, membr. fol. 97, 0,13 × 0,20, quem littera *H* significamus, ex bibliotheca Arnae Magnoei Islandi, professoris Hafniensis, legato in bibliothecam uniuersitatis regiae Hafniensis translatus haec scripta continet: 1) fol. 1—24^r:

Initium facit textus latinus apocalypsis Vulgatae cognatus, quacum textum comparauit uariantesque lectiones significauit Marius Férotin in libro *Apringius de Béja, son commentaire de l'apocalypse,* Paris 1900 (= *Bibliothèque patrologique* ed. Ulysse Chevalier I) p. 85—90.

2) fol. 24^v—97^v: *Tractus* (sic!) *in Apokalipsin eruditissimi uiri Apringii episcopi Pacensis ecclesie,* cuius partes cum recensione commentarii Victorini posteriore ita coniunctae sunt, ut haec series exstet: a) fol. 24^v—55^r: Apringii explanationis liber primus (fol. 24^v—46^v) et liber secundus (fol. 46^v—55^r), interpretationem apocalypsis a cap. 1, 1—5, 7 continens. — b) fol. 55^r—71^r: *Deinde explanatio Iheronimi* id est ea commentarii pars, quae a cap. 5, 6—15, 2 (p. 63, 14—137, 13 huius editionis) pertinet, quam expositionem in *H* ea particula excipit, quae in hac editione p. 131, 16—133, 15 exstat; uerba p. 137, 15—139, 4 omittit cod. *H.* — c) fol. 71^r—77^v: *Item in explanatione Apringi episcopi de eadem urbe dicitur* sequitur interpretatio cap. 18, 6—8 usque ad cap. 19, 21. — d) fol. 77^v—79^r: *In explanatione beati Iheronimi presbiteri* subsequitur ea commentarii pars, quae a cap. 20, 1—10 (p. 139, 6—145, 9) pertinet. — e) fol. 79^r—97^v: Finis fit *item in explanatione Apringi episcopi de eorundem mille annorum obligatione diaboli* a cap. 20, 1 usque ad cap. 22, 20 (Apringius floruit circa a. 540).

Ex hac serie apparet tres partes explanationis Apringii id est a) c) e) cum duabus partibus commentarii Victorini id est b) d) in unum opus ita coniunctas atque contextas esse, ut altera interpretatio alteram excipiat atque neutra totam apocalypsis summam complectatur. inde quaeritur, num Apringii commentarius ab origine fragmentum fuerit, quod supplemento commentarii Victorini egebat. conferenda sunt quae Férotin, Apringii editor, in praefatione libri de hac quaestione disputauit, et quae iam ante eum W. Bousset in disputatione sagacissima (cf. *Nachrichten der K. Ges. der Wiss. zu Göttingen, phil.-hist. Kl.,* 1895, p. 187—209) de hac materia in medium protulit. ibi demonstratur codicem anno 1132 scriptum esse (p. 189). praeter collationem codicis, quam Bousset praebet (p. 202—209),

et textum, qui in Ferotini libri exstat, ad lectiones cod. *H* constituendas usui mihi erat, quod ipse codicem inspexi et contuli; nonnullis locis scripturam codicis rectius legisse mihi uideor.

γ) Cod. membr. bibliothecae Antonianae Patauinae, in scrinio VI n. 105, saec. X (= *I*) ad hanc editionem conficiendam adhiberi potuit auxilio et ope uiri summe uenerandi H. Brewer. eo teste in hoc codice, de cuius origine nihil notum est, exstant haec scripta (cf. Ant. Maria Iosa, *I Codici Mss. della Bibl. Antoniana di Padova*, 1886, p. 111 sq.): 1) Hieronymi expositio psalmorum XXX (Inc.: *Psalterium ita est quasi magna domus*), 2) Homiliae in Euangel. (Inc.: *Omnis scriba doctus;* sequitur expositio Marci euangelii), 3) Hieronymi expositio super Apocalypsin, 4) Hieronymi expositio in Cantica Canticorum (Inc.: *Omnis electorum congregatio generaliter ecclesia uocatur*). Tertia codicis pars continet 16 fere folia, quorum imaginem arte photographica depictam Brewer benigne in usum meum misit. incipit tab. 1^{r}: *Epła beati Ieronimi pb̄ri ad Anatolium de explanatione apocalipsis iohīs euglae. Diuersos marina . . . Anatholi mi in xp̄o uale. Expositio sc̄i ieronimi pb̄ri super apocalipsis* (sic!) *iohīs euglae. Apocalipsis Iesu Christi quam dedit illi deus . . . Ergo* (tab. 17^{r}) *audiendi non sunt, qui mille annorum regnum terrenum esse confirmant, qui cum cherinto heretico sentiunt.* margines foliorum praebent plurima additamenta a manu altera scripta, quae unde sumpta sint propterea non potest dici, quod scriptio parua multisque siglis referta parum perspicua est. id tantum patet haec additamenta non cohaerere cum proprietate recensionis commentarii posterioris tot testimoniis probatae. desunt in codice *I* duae paginae folii, unde fit, ut eius testimonium a pag. 63, 3—69, 13 desideretur.

δ) Cod. M. S. 29 monasterii Cremifanensis (*Kremsmünster*) saec. XII, membr. fol. 150 (= *K*), hanc habet inscriptionem: *Iste liber est sancti Agapiti in chremsmunster.* sex scripta continet, quorum tituli sunt: 1) fol. 1^{r}—19^{r} Expositio super Apocalypsim cum prologo Hieronymi, 2) fol. 20^{r}—30^{v} Epistola Hieronymi de prodigo filio, 3) fol. 31^{r}—39^{v} Epistola Hieronymi de Sera-

phim, 4) fol. 39^v—42^r Epistola Damasi ad Hieronymum et rescriptum Hieronymi de Hosanna, 5) fol. 42^r—43^v Epistola patriarchae Hierosolymitani ad ecclesiam occidentalem, quae his uerbis concluditur: *Georgio et Theodoro et Demetrio et beato Blasio militibus Christi uere nos committimus* et epistola imperatoris Constantinopolitani (Alexii) ad Rutbertum, comitem Flandrensium (anno 1098 uel 1099 scripta; cf. Dufresnii Du Cangii notam. Migne, patres graeci CXXXI p. 564—568), 6) fol. 44^r—150^r Expositionis Ruperti Abbatis Tuitiensis in Cantica Canticorum libri septem anno 1119 scripti (= CLXVIII 837—962 M).

ε) Cod. membr. 108 monasterii Lambach saec. XII ex. uel XIII in. fol. 151 ex cod. *K* descriptus est, qua de causa siglo *k* a nobis notatur. in hoc codice eandem seriem scriptorum in eodem ordine positam inuenimus et textus ipse, quem cum textu cod. *K* comparaui, si menda scribae excipiuntur, tam accurate congruit, ut de eius origine dubitari non possit.

ζ) Cod. lat. chart. Monacensis 27319 saec. XV fol. 303 (= *M*) in charta tegumenti auersa hanc habet inscriptionem: *Iste liber attinet uenerabili monasterio sci nicolai In monte sancto Andezz In quo continentur ista:* (1) *Ysidorus de summo bono* | (2) *Synonyma eiusdem* | (3) *Item Epistole Ieronimi numero sex* (sc. ad Heliodorum exhortatoria, ad Nepotianum, ad Domnionem, ad Oceanum, ad Eustochium, ad matrem et filiam) | (4) *Liber beati Anshelmi: Cur homo deus?* | (5) *Expositio super apocalypsim magistri Mathei de Suecia* (in 'Linköping' usque ad annum 1350; cf. *Realencykl. für prot. Theol.* III^3 p. 147, 29 sqq. et p. 240, 48 sqq.) *incomplete* | (6) *Beda super apocalypsim* | (7) (fol. 293^r—299^v) *Expositio Ieronimi presbyteri super apocalypsim.* codicem ipse contuli.

Codicis binis columnis scripti scribae nominantur duo: frater Placidus de Lantsperg, professus in monte sancto Andezz, qui tres priores codicis partes scripsit et Hieronymi epistolas *in die sanctae Cecilie anno 1470* perfecit, et frater Michael Schratenbach, per quem Anselmi liber anno 1484, Bedae expositio anno 1482, Hieronymi anno 1484 scripta est; ex-

positionem *magistri Matthie de Swetia sanctae Brigitte devoti* anno 1477 coeptam esse scribi in fol. 133 indicatur.

Quam arto cognationis uinculo codices *IKM* inter se coniuncti sint, ex apparatu critico facile demonstratur. illustria exempla communis originis sunt tabula p. 29, qua idem ordo epistularum Pauli indicatur a reliquis codicibus differens et omissa epistula ad Philippenses epistula ad Hebraeos septem Paulinis adnumeratur, et consona ratio, qua p. 95, 3 transitus fit a cap. 10, 11 interpretatione ad cap. 12, 3 b expositionem. saepe codices *IK* consonant, cod. *M* discrepat neque tamen coniciendum est codicem *K* ex codice *I* descriptum esse. nam cod. *K* praebet totam illam partem pag. 63, 3—69, 13, quae in cod. *I* propter folii damnum deest, aliisque locis suam auctoritatem demonstrat. ut exemplo utar, quod in app. crit. non notatur: p. 39, 17—19 legimus in cod. *I* omissis uerbis *primam resurrectionem scilicet repromisit* haec: *et dabo illi stellam matutinam, quae noctem fugat et lucem annuntiat, id est diei initium,* codicis *K* autem lectio haec est: *et dabo illi stellam matutinam: primam resurrectionem scilicet repromisit stellam matutinam, quae noctem fugat et lucem annuntiat, id est diei initium.*

η) Testibus recensionis posterioris textu apocalypsis aliisque additamentis auctae (Φ) adnumeranda sunt *Sancti Beati presbyteri Hispani Liebanensis in Apocalypsin commentaria, opera et studio Henrici Florez* (Matriti 1770, 584 pag.). Beatus presbyter, qui in Adoptianismi lite anno 785 cum Etherio monacho contra Elipandum archiepiscopum Toletanum scripsit (XCVI 894—1030 M), in prologo commentariorum in Apocalypsin, quae anno 784 composuit et Etherio monacho dedicauit, auctores libri sui compilati enumerat; eorum nomina haec sunt: Hieronymus, Augustinus, Ambrosius, Fulgentius, Gregorius, Ticonius, Irenaeus, Victorinus (in uno ex tribus codicibus, quibus Florez usus est), Apringius, Isidorus. de Apringio supra (p. LII) tractauimus; nunc de Victorino disseremus. qui apparatum nostrum criticum inspexerit, facile intelleget non Victorini editionem neque Hieronymi recensionem,

sed eam textus formationem, quam signo *Φ* notauimus, in manibus Beati fuisse, quamobrem eum testibus istius recensionis adnumerare licet. est uero usus libri Beati multiplex; multis enim locis eius auxilio cognoscimus additamenta, quibus inde ab Hieronymi recensione editio Victorini augmentata est, ex Ticonii Donatistae commentariis fluxisse.

Auctor recensionis *Φ*, qui post Hieronymi, ante Beati presbyteri tempora recensioni Hieronymi denuo edendae operam dedit, quis fuerit, ignotum est; eum ingenio parum sagaci fuisse inde apparet, quod turbatum commentarii ordinem foliis quibusdam in archetypo transpositis (cf. p. 95, 3) non sensit neque sanauit, sed officio suo satisfecisse sibi uidebatur, si plenior quam in recensione Hieronymi apocalypsis textus additus, si commentarius quibusdam aliis additamentis auctus, si quaedam, quae displicebant, omissa erant. de hac triplici ratione, qua in libro edendo usus est, nunc accuratius disputabimus.

1) Textus apocalypsis, quem auctor recensionis *Φ* addidit et postremae recensionis auctor ex prioribus mixtae postea retinuit, in editione nostra litteris cursiuis impressus et uncis angulatis ([ ]) inclusus est. huius textus fons in cap. 20, 1—3. 4—5, 6, 8—10 (p. 139—145) indicari potest: nam eundem apocalypsis textum exhibent Augustinus in libro de ciu. dei XX 7 et 8 (cf. *CSEL* 40, 2 p. 439, 9—28 et 444, 14—20) et Augustini in hac parte pedisequus Primasius (cf. in libro Th. Zahn *Forschungen zur Gesch. des neutest. Kanons* IV textum apocalypsis a me editum p. 162, 2—163, 6 et 164, 1—5). ex Augustini autem libro has partes transscriptas esse inde apparet, quod Augustini expositio cap. 20, 10 adiuncta: *hoc iam ad iudicium nouissimum pertinet* ipsa quoque repetitur (p. 145, 9). sed utile erit tabulam conficere, in qua breuis conspectus omnium apocalypsis locorum, quos interpolator adiunxit, praesto est.

cap. et uers. apocalypsis	paginae edit. nostrae	cap. et uers. apocalypsis	paginae edit. nostrae
1, 1. 3	: 17, 4—7	7, 2	: 81, 11—12
1, 12. 13	: 19, 16—18	8, 13	: 87, 12
1, 14	: 21, 6—8 (textui expositio inserta est)	10, 1. 2	: 89, 2—6
		10, 3	: 91, 4
1, 13 b	: 23, 1	10, 10 a	: 93, 9
1, 13 c	: 23, 4	10, 10 b	: 93, 11
1, 16 b	: 23, 9	10, 11 a	: 93, 14
1, 16 a	: 27, 9	11, 1	: 95, 5—7
2, 15	: 35, 8	11, 2 a	: 97, 13
2, 10	: 37, 4—5	11, 5	: 99, 6—8
2, 17	: 39, 3—4. 5—6	11, 4	: 101, 1
3, 2	: 41, 6—7	11, 7 (cf. 13, 1)	: 101, 7—8
4, 1	: 45, 8—9. 10—12	11, 19 (templum apertum)	: 105, 9—10
4, 2	: 47, 12		
4, 3 a	: 47, 13—14	11, 19 b	: 105, 15—16
4, 3 b	: 47, 20	12, 1. 2	: 105, 20—107, 2
4, 5	: 57, 14—15	12, 3 a. 4 b	: 107, 17—19
5, 1	: 61, 4—5	12, 5 b	: 109, 9
6, 1. 2	: 69, 1—4	12, 5 a	: 109, 12—13
6, 3. 4	: 71, 1—3	12, 3 b	: 111, 3. 8
6, 5	: 71, 8—10	12, 6. 14	: 111, 12—13
6, 7. 8	: 73, 1—3	12, 15	: 113, 11—12
6, 9	: 73, 10—11	12, 16	: 113, 14—15
6, 11	: 75, 18—77, 1	12, 7—9	: 115, 3—7
6, 12 a	: 77, 3—4	12, 4 a	: 117, 1—2
6, 12 b	: 77, 6	14, 6	: 131, 10
6, 12 c	: 77, 8	14, 8	: 131, 13—14
6, 13 a	: 77, 10	17, 1	: 131, 16—17
6, 13 b	: 77, 11	17, 3	: 133, 7—8
6, 14	: 77, 14	14, 19. 20	: 135, 5—7
9, 13. 14	: 79, 3—7	19, 11	: 137, 15—16
7, 9	: 79, 14—81, 1	20, 1—10	: 139, 6—145, 9
8, 1	: 81, 5—6		

Accedunt nonnulli loci, in quibus quoniam nouus apocalypsis textus in locum genuini a Victorino et Hieronymo usurpati successit, paginae editionis nostrae in binas columnas ita diuisae sunt, ut sinistra pars antiquum textum, dextra pars omissis uncis angulatis nouum textum nouae recensionis praebeat. id obseruari potest his locis:

cap. et uers. apocalypsis		paginarum edit. nostrae col. dextra	
4, 7—8. 10	:	49, 16—20; 51, 1—3	
5, 2	:	61, 10—14	
5, 5	:	63, 5—6	
13, 11	:	127, 11—12	columna sinistra (cf. notam in app. crit. 127, 11)
	:	129, 1—2. 4	
13, 13	:	129, 8—9	

2) Venimus ad alia additamenta huius recensionis propria, quae non ad textum apocalypsis, sed ad ipsam expositionem pertinent. huc spectat, quod p. 89, 15 in loco interpretationis, quam Victorinus exhibuit: *liber apertus apocalypsis est quam accepit Iohannes* alia ponitur: *liber apertus reuelatio operum in futuro iudicio,* quibus uerbis auctor postremae recensionis Victorini genuinam explicationem ita adiunxit, ut particulam *uel* interponeret. aliud additamentum maioris spatii ad explicationem cap. 13, 18 (= p. 124) pertinet. in expositione enim numeri *666* tres recensiones inter se differunt. Hieronymus ipse noluerat hunc numerum explicare atque Victorini textum secutus uaticinium Neronis resuscitati protulerat, cuius nomen ad litteram graecam numerum 666 expleturum esse dixit: post Hieronymi aetatem in testes editionis eius nomina *Antemos* et *Genserikos* irrepserant (p. 123, 7—9). his nominibus spretis auctor recensionis *Φ* nomen *Teitan* exhibuit, quod nomen Antichristi Irenaeus adu. haer. V 30, 3 et Hippolytus de Antichristo c. 50 in medium protulerant, addiditque, id quod *Teitan* graece sonet, si uelis interpretatum dicere, latine *Diclux* (*Diclux* = *DCLXVI* mutatis litteris) sonare eoque nomine Antichristum intellegi per antiphrasin expressum. postremae autem recensionis auctor, id quod saepius fecit, priorum recensionum explicationes copulauit atque primum nomina *Teitan* et *Diclux* (p. 125), deinde nomina *Antemos* et *Genserikos* (p. 125 et 127) praebuit. idem quinque particulas additamentorum retinuit, quibus textus et expositio cap. 20 aucta est, sed ordinem mutauit: *Φ* seruat ordinem particularum a + b + c + d + e, ex quibus particulae a + b ad textum,

c + d + e ad expositionem textus pertinent; postremae recensionis auctor hanc exhibet seriem: c + e + a + d + b (cf. p. 139, 13—145, 3). in his particulis quae ratio inter Hieronymi interpolatorem et Augustinum atque inter hos et Ticonium Donatistam intercedat, ex testimoniis p. 139—145 a me additis apparet. de mutatione particularum decem p. 21, 6—27, 17 infra (p. LXIII) disputabimus.

3) Non desunt recensionis Hieronymi partes, quas auctor posterioris recensionis sua sponte omisit. earum partium illa, quae p. 103, 18—105, 8 rationem praedicationis propheticae tractat, modo usque ad nouissimum tempus praecurrentis, modo tempora superiora repetentis, propterea imprimis memoranda est, quod editionis Victorini propria est atque ab Hieronymo non addita, sed conseruata. aliter res se habet p. 145, 10—147, 10, quae expositio mille annorum, qui in cap. 20, 6 nominantur, spiritualis Hieronymi recensionem redolet, id quod ipse in prologo confessus est. huius expositionis initium auctor recensionis *Φ* repudiauit, finem (p. 147, 11—153, 3) retinuit.

3. Recensio postrema ex prioribus mixta.

1) Testem huius recensionis habemus unum, cod. bibliothecae Casinensis CCXLVII (= *S*). is in *Bibliotheca Casinensi* V p. 1—3 (1894) hoc modo describitur: *Codex CCXLVII. Signatus exterius n° 247 et 563, intus p. 129 n° 257, Pluteo E. Codex membr. in 8° maj. Constat saltem partibus quinque, quarum duae priores (p. 1—128) charactere latino saec. XIII, reliquae charactere longobardico Casinensi saec. XI et XII diligenter ac nitide uariis manibus exaratae sunt.* de Victorini opusculo haec referuntur: *pag. 129—130 Prologus S. Hieronimi presbiteri ad Anatolium in expositione Apokalipsis, pag. 130—198 Expositio eiusdem. Charactere longob. Casin. saec. XI—XII cum praecedente prologo eadem manu.* huius codicis testimonio utimur secundum editionem, quae in *Florilegio Casinensi* fol. 1—21 exstat.

2) Ex codice Casinensi editio princeps Basilii Millanii, monachi Casinatis, deprompta est, quam signo *s* notamus. hunc librum rarissimum per multos annos frustra quaesiuimus; tandem ex bibliotheca Pauli de Winterfeld in meam transiit atque maxima huius editionis parte iam prelo subiecta a me comparari potuit (cf. p. 125, ubi *Millanius p. 66* citatur). editio princeps hunc habet titulum: *VICTORINI* | *PICTAVIENSIS EPISCOPI IN APOCALYPSIN BEATI IOANNIS SCHOLIA, QUAE* | *Diuus Hieronymus partim auxit,* | *partim vbi ſcriptorum vitio* | *corrupta fuerāt, restituit, ablatis* | *inde, quae ille iuxta literam ſenſerat.* | *His adiecimus Annotationes quibus* | *loci aliquot partim corrupti resti*|*tuuntur, partim difficiliores* | *explicantur.* | *Ea nunc primum Bibliotheca Caſinēſis* | *publicae vtilitati proſpiciens in* | *lucem profert.* in quo titulo quod Victorinus episcopus Pictauiensis appellatur. editor errori tum inueterato obnoxium se praebuit, qui postea Ioannis Launoii de Victorino episcopo et martyre dissertatione, Paris. 1653, ²1664 (= opera omnia, Coloniae Allobr. 1731, II, 1 p. 634—649) tredecim argumentis satis firmis ad probandum deletus atque remotus est. editionem principem in 8° *Bononiae Antonius Giaccarellus et Peregrinus Bonardus Socii Excudebant. MDLVIII. Cal. Iuliis* (p. 68).

In fine editionis exstant p. 58—67 duodetriginta numeratae adnotationes, quarum maximam partem Gallandius (cf. n. 3) eiusque pedisequus Migne (cf. n. 4) renouauerunt. ex istis adnotationibus eisque 12ma, 15ma, 17ma hausta sunt, quae in app. crit. ad p. 55, 10, p. 59, 10, p. 73, 13 animaduertimus, quibus in locis multisque in aliis Millanius codicem Casinensem aliter legit atque nouus editor bibliothecae Casinensis.

3) Millanii editio princeps transiit in Andreae Gallandii *Bibliothecam ueterum patrum* IV (Venetiis 1768) fol. 52—64, semperque ante oculos habui istum textum, quem nota *g* significaui, qui in locum ipsius libri Millanii sero a me acquisiti succedere debuit. nunc uideo Gallandium non semper lectionem Millanii integram seruauisse; exempli causa memoro locum p. 21, 17, ubi *s* cum codd. *IK* praebet *resurrexerit*, *g* habet *resurrexit*.

4) Agmen claudit Mignei editio ex Gallandio deprompta, quam siglo *m* notauimus (= V 317—344 M).

Lectiones cod. *S* secundum *Florilegium Casinense* et editionum inde dependentium *sgm* multis locis inter se differunt, neque nisi ipsum codicem denuo inspexeris, diiudicari potest, cuius testimonio codicis ueritas respondeat. haud raro *sg* consentire cum codd. *IK* uel *IM* ex his exemplis apparet:

49, 4 ne *S*, ut non *IKsg*
49, 19 dicentes *S*, dicentia *IKsg*
51, 10 rugiens *S*, rugientis *CBIKsg*
53, 18 et extendens *S*, extendens *IKMsg*
57, 17 significat *S*, significant *IKsg*
57, 20 ardentis *S*, ardentes *IMsg*
73, 5 praemiserat *S*, promiserat *IKsg*
73, 13 meditantes *S*, mediante *IK*, *item cod. Millanii secundum adnotationem 17*[mam] (p. 64).

Restat, ut de indole recensionis postremae disseramus. eius auctor, quem opus suum confecisse ante tempora interpolatoris libri genealogi anni CCCCLII ex testimonio p. 125 et 127 adiuncto apparet, ad recensionem Hieronymi denuo edendam, si non exemplar editionis Victorini, tamen codices melioris notae et Hieronymi recensionis et posterioris textu apocalypsis aliisque additamentis auctae adhibere potuit. ita fit, ut uerba praebeat, quae in codicibus recensionum *ΥΦ* nobis notis desunt (cf. *inter medium dicit ecclesiarum* p. 21, 2), uerba omittat, quae iam in archetypo recensionis Hieronymi defuerunt (cf. *quod in ligno . . . . passionis est redditum* p. 57, 21, ubi propter homoeoteleuton omissa sunt uerba: *perdiderit primus homo, per lignum*).

1) Quod auctor rec. *Φ* coeperat rec. Hieronymi ampliore textu apocalypsis augere, id auctor rec. *S* ita perfecit, ut plerumque Vulgatam secutus nouas textus particulas adiungeret, quae in editione nostra uncis rotundis ( ) inclusae litteris cursiuis signantur. hic est breuis conspectus additamentorum:

cap. et uers. apocalypsis			paginae edit. nostrae
1, 4 b	cum Vulg.	=	17, 13—14
1, 6	(*deo et patri suo*) cum Vulg.	=	19, 10
1, 14	(*et tamquam nix*) cum Vulg.	=	21, 7
2, 6	(*sic, inquit* (om. *s*), *habes et tu odire opera Nicolaitarum*)	=	35, 8 (in app. crit.)
2, 14—16	(cf. Vulg.)	=	37, 11—15
3, 2	(*et ideo ait*)	=	41, 6
3, 18	(*suadeo*) cum Vulg.	=	43, 17 (in app. crit.)
5, 3	(*aperire librum*) cum Vulg.	=	61, 16
6, 14 b	cum Vulg.	=	77, 15—16
11, 8	cum Vulg.	=	103, 17—18
17, 9	(*habens capita septem*)	=	119, 1
15, 1	cum Vulg.	=	137, 4 (in app. crit.)

Item semel Esaiae testimonium secundum Vulgatam adiunctum est: *et Esaias: spiritu, inquit, labiorum suorum interficiet impium* p. 25, 15—16 (= Esai. 11, 4).

2) Accedunt alia additamenta, quae auctor rec. *S* adiunxit, ut aut elocutionis modum poliret aut textus expositionem locupletaret. haec memoro exempla:

p. 25, 3 (cf. app. crit.): *et haec de ore suo processisse* (*testatus est sed* add. *S*) *et Petro ait.*

p. 31, 7: ad interpretandam uocem *tunicas suas* auctor rec. *Φ* addiderat: *id est inmortalitatem promissam.* his uerbis omissis scripsit nouus interpolator: *tunicas uero suas, quibus cooperiri se optant, inmortalitatis gloria est, de qua Paulus ait apostolus.*

p. 89, 15: ab interpretatione libri aperti, quam *Φ* praeposuerat: *reuelatio operum in futuro iudicio*, transitur ad genuinam Victorini expositionem ab Hieronymo conseruatam particula *uel* adiuncta: *uel apocalypsis est quam accepit Iohannes.*

p. 125, 1—127, 10: simili modo in numero *666* exponendo *S* interpretationes priorum recensionum ita copulauit, ut a nominibus rec. *Φ* *Teitan* et *Diclux* initium faceret, tum transiret ad nomina *Antemos* et *Genserikos*, quae in archetypum rec. *Y* irrepserant.

p. 101, 6: uerbis, quibus secundum Victorini expositionem indicatur duas oliuas in conspectu domini terrae stantes esse in paradiso, alia interpretatio adiungitur hoc modo: *item alio sensu: in conspectu domini terrae stantes id est in conspectu Antichristi.*

p. 153, 3—5: interpolator *S* noluit cum Hieronymo totam expositionem ita claudere, ut Cerintho haeretico eiusque asseclis contradiceret,

quamobrem hanc enuntiationem ueritatem sempiterni regni Christi affirmantem addidit: *nam regnum Christi quod nunc est sempiternum erit in sanctis, cum fuerit gloria post resurrectionem manifestata sanctorum.*

3) Summi momenti ad formam commentarii mutandam erat studium auctoris recensionis postremae strenuum, seriem expositionum, quae in Victorini editione et in Hieronymi recensione non firmo ordinis uinculo colligatae erant, ita ordinandi, ut singula capita textus apocalypsis cum singulis explicationibus arte cohaererent atque eundem ordinem seruarent. hoc studio ductus damnum quoque illud inueteratum resarsit, quod in archetypo recensionis Hieronymi transpositis quibusdam codicis foliis ortum erat. nam qua utebatur ratione in ordine firmando, non potuit ab interpretatione cap. 6, 14 (p. 79, 1) ad expositionem cap. 11, 1 transire et parte cap. 12 explicata regredi ad lacunam explendam, quae ad omissa capita 7—10 pertinebat. quo in negotio eum non auxilio ullius codicis sed suomet iudicio adiutum esse postea uidebimus. nunc seriem mutationum deinceps enumerabimus:

a) Decem particulae commentarii p. 21, 6—27, 17, ex quibus tres I^{x}, II^{x}, V^{x} ab Hieronymo adiunctae sunt, in tribus recensionibus hunc habent ordinem:

cap. et uers. apocalypsis	pag. edit. nostrae	*S*	*Φ*	*Y*
1, 13 b	23, 1—3	1	1	IV
1, 13 c	23, 4—6	2	2	V^{x}
1, 13 c	23, 7—8	3	3	VI
1, 14 a	21, 6—10	4	4	I^{x}
1, 14 b	21, 11—12	5	5	II^{x}
1, 16 c	21, 13—18	6	6	III
1, 15 a	27, 2—8	7	9	IX
1, 16 b	23, 9—25, 16	8	8	VII
1, 15 b	25, 17—27, 1	9	7	VIII
1, 16 a	27, 9—17	10	10	X

Dubium non est, quin *S*, quod iam *Φ* coeperat, perrexerit atque ordinem textus apocalypsis seruare uoluerit. nam etsi expositionem cap. 1, 16 c (p. 21, 13—18) non diremit ab inter-

pretatione cap. 1, 14 b, — id quod cum necessitudine cohaerere uidetur, quae inter flammam oculorum (p. 21, 11) et claritatem faciei (p. 21, 13) intercedit — statim aliter atque *Φ* explicationem cap. 1, 15 a (p. 27, 2—8) praebuit et interpretationem cap. 1, 15 b (p. 25, 17—27, 1) postponendam esse curauit.

b) Totam sectionem p. 77, 3—79, 2 ex Ticonii commentariis depromptam esse ab Hieronymo et a posterioribus conseruatam supra uidimus. in fine eius sectionis recensiones *YΦ* propter foliorum in archetypo transpositionem tam male turbatae erant, ut tria noua Hieronymi additamenta p. 79, 7—81, 9, quae subsequebantur, post cap. 12, 5 a demum interpretationem (p. 109, 14) locum habere possent. supremae recensionis auctor damnum resarsit, sed tribus additamentis propter textus apocalypsis similitudinem alium locum dedit, atque primam particulam (p. 79, 3—13) expositioni cap. 9, 13 et 14 attribuit (post uerba *saluus esse possit* p. 87, 16), secundam (p. 79, 14—81, 4) priore loco posuit post uerba *ciuitatis Romanae* (p. 87, 11), tertiam (p. 81, 5—9) statim subsequi secundam uoluit atque a uerbis: *hic finis narrandi fieret* (p. 81, 9) transiit ad cap. 8, 13 interpretationem: *et uidi unam aquilam uolantem* (p. 87, 12—16).

c) Locus p. 95, 3 testimonio est auctorem supremae recensionis ad rectum commentarii ordinem restituendum non auxilio ullius exemplaris editionis Victorini adiutum esse. retinuit enim post uerba: *oportet te iterum praedicare* (p. 95, 3) hanc enuntiationem: *omnes gentes . . . . arundo* etc. (cf. app. crit. p. 95, 3 b), quam sententiam de turbis Antichristi insurgentibus pertinere ad cap. 12, 5 a (p. 111, 1—2) expositionem atque ibi ponendam esse non intellexit, sed deceptus suis codicibus damnosis errauit.

d) Post uerba cap. 12, 3 a: *Et uisum est aliud signum in caelo: ecce draco rubeus* (p. 107, 17) pergit *S*: *habens capita septem. quod autem illum dicit coloris esse russei* etc. atque intermittit primum cap. 12, 3 b expositionem (= p. 111, 3—11), deinde cap. 12, 4 a interpretationem (= p. 117, 1—8); tum demum post uerba: *ait apocalypsis* (p. 117, 8) transgreditur ad explicationem

cap. 12, 4 b: *uidi et ecce draco magnus rubeus* (cf. p. 111, 3 *Φ*) *stetit in conspectu mulieris . . . diabolus est* (= p. 107, 18—109, 2). item post uerba: *discessit ab illo usque ad tempus* (p. 109, 8) hac formula: *unde hic dicitur* statim transitur ad cap. 12, 5 a expositionem: *et peperit filium* etc. (= p. 109, 12—14), tum repetuntur uerba, quae p. 79, 1—2 suo rectoque loco posita erant: *propter persecutionem . . . . fugientes.* denique sequitur cap. 12, 5 b interpretatio: *et filius eius raptus est ad deum* etc. (= p. 109, 9—12). en illustre exemplum, unde discimus auctorem supremae recensionis id potissimum egisse, ut ordo textus apocalypsis seruaretur, et neglectis codicibus, qui praesto ei erant, uersuum 3 a, 3 b, 4 b, 5 a, 5 b expositiones in ordine natiuo collocauisse, qui partim iam a Victorino praetermissus erat, donec p. 111, 12 in explicatione cap. 12, 6 antecessorum uestigia denuo sequi potuit! an id ei crimini dabimus, quod in sanando damno ex transpositione foliorum orto ei accidit, ut uerba fatalia, quae scissurae locum designabant, bis poneret (p. 79, 1—2 et post uerba: *uirga ferrea gladius est* p. 109, 14)?

e) Particularum interpretationis quattuor p 131, 16—137, 13 ordinem propter textus consequentiam apud *S* hunc fuisse, ut deinceps sequerentur p. 133, 16—135, 4; p. 135, 5—137, 2; p. 137, 4—13; p. 131, 16—133, 15, ex iis satis apparet, quae in app. crit. p. 131, 16 a me dicta sunt.

f) Iam supra dictum est (p. LVIII sq.) recensiones *ΦS* quinque particulas p. 139, 13—145, 3 addidisse dissono inter se ordine: *Φ* seruauisse ordinem a + b + c + d + e, *S* mutato ordine hanc exhibuisse seriem: c + e + a + d + b. atque adiunxit *S* textui apocalypsis cap. 20, 1—3 (p. 139, 6—12) mille annorum, quos u. 2 nominat, expositionem p. 141, 6—10; deinde transiit ad u. 3 explicationem p. 141, 16—145, 3; tum textum uersuum 4 et 5 sequi uoluit p. 139, 13—141, 2; postea resurrectionis primae, de qua in u. 5 agitur, interpretationi operam dedit p. 141, 11—15; denique u. 6 textum, quem *Φ* cum uersibus 4 et 5 coniunxerat, separatim subiunxit p. 141, 3—5. ita studium auctoris recensionis *S* expositionis partes secundum seriem uersuum textus ordinandi denuo confirmari uidemus.

g) Post uerba cap. 20, 6: *erunt sacerdotes dei et Christi et regnabunt cum eo mille annis* (p. 141, 5) *S* transiit ad Hieronymi interpretationem mille annorum p. 145, 10—147, 10, quam Y praebuerat, *Φ* omiserat. hac expositione finita (*simul cum eo ingredientur stagnum* p. 147, 10) intermitti uidemus uerba p. 145, 4—9 (= cap. 20, 8—10), quae *Φ* iam post uerba: *ut harena maris* (p. 145, 3) posuerat, quorum originis ab Augustini libro de ciu. dei XX 8 ductae mentio iam facta est.

Priusquam praefationi finem faciamus, restat, ut omnibus uiris, quorum in his plagulis mentio facta est, qui de hac editione conficienda optime meruerunt, gratias agamus maximas. unus nondum nominatus est, cuius merita sunt quam maxima: Augustus Engelbrecht, uir doctissimus atque humanissimus, qui operam meam omni modo subleuauit, permultos locos iudicio acerrimo ipse emendauit, plagularum corrigendarum laborem operosum impigre strenueque mecum partitus est. quod post tot discrimina rerum Victorinus rediuiuus tandem in lucem uenit, neminem maiore gaudio affici scio quam illum atque uirum summe uenerandum Theodorum Zahn, qui ante multos annos ut hoc negotium susciperem auctor mihi fuit, cui opus perfectum dedicare aequum atque iustum mihi uidetur. utinam permulti Victorini editionem purgatam legant atque relegant, episcopi et martyris expositiones accurate perpendant, uitiis mendisque, quae huic editioni adhaerent, corrigendis operam nauent! nunc demum intellegi potest, quantum distet inter Victorini editionem genuinam et Hieronymi aliorumque recensiones, quae per tot saecula in locum eius successerant.

Gryphiswaldae, mense Septembri anni MDCCCCXVI.

Iohannes Haussleiter.

PRAEFATIONIS INDICULUS.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

IN PROLEGOMENIS:

Pag. XLV—LI: Ad testes recensionis Hieronymi enumeratos accedunt tres codices, quorum G. Morin in disputatione, quae inscribitur *Hieronymus de Monogramma XPI* (Revue Bénédictine XX, 1903, p. 225—236, et Anecd. Maredsol., uol. III, p. III, 1903, p. 194—198, cf. edit. nostrae p. 124, 4 in test.), mentionem fecit. horum testium collationem accuratam quoniam benignitate Alexandri Souter accepi, postquam textus editionis nostrae iam prelo subiectus est, hoc demum loco de iis eorumque lectionibus disputari potest.

ζ) Cod. Coll. Iesu Oxon. 65 (= *P*), fol. 161, 28,9 cm × 20 cm, saec. XII medio scriptus et in tegumento *Ernulfi* signatus haec scripta continet (cf. H. O. Coxe, Catal. Cod. Oxon., p. II, 1852, Coll. Ies. p. 22): 1) fol. 2—60^r *Beda in Apocalypsin*, 2) fol. 60^v—99^r *Beda in Actus Apostolorum*, 3) fol. 99^r—103^v *Item de nominibus locorum*, 4) fol. 103^v—129^r *Retractationis Bedae in Act. Apost. libellus*, 5) fol. 130^r—146^r *sermones Augustini, Eusebii, Origenis*, 6) fol. 146^r—160^r *Hieronymus in Apocalypsin: Incipit prologus beatissimi Ieronimi p̃sbr̃i ad Anatolium . . . qui cum Cherinto heretico sentiunt.* subscriptio codicis deest.

η) Cod. Harleianus Mus. Brit. 3049 (= *Q*) membr. in folio, fol. 254, 39,5 cm × 27,3 cm, saec. XV ita scriptus, ut binae columnae in singulis paginis exstent, in fol. 1^v hanc habet inscriptionem: *Venerabilis pater magister Willelmus Ebchestrensis, nuper Prior huius ecclesie Cathedralis Dunelmensis* (= Durham prope Bedae patriam) *fecit hunc librum fieri et assignauit ipsum librarie eiusdem ecclesie anno dñi 1458.* indicem septemdecim scriptorum (Ambrosii, Hieronymi, abbatis Ioachimi, Isidori, aliorum) praebet *Catalogue of the Harl. Manuscripts* II, 1808, p. 729. octauo loco post Hieronymi explanationem super epistulam Pauli ad Titum imperfectam exstat fol. 130ra—134rb *Breuis explanatio eiusdem super Apocalipsin*, cuius initium propter folium excerptum deest. incipit explanatio:

adorabimus, ubi steterunt pedes, id est in Iudea etc. (= p. 27, 6 ed. nostrae). post uerba: *qui cum Cherintho sentiunt* (= p. 153, 3) fol. 134rb sine ulla lacuna sequuntur: *Hic est sapientia et intellectus, id est sapere et intelligere in Christi nomine* etc. (cf. Revue Bénéd. XX, p. 232 sqq.) usque ad fol. 218va: *Serue male et piger, sciebas, quod meto, non semino, oportuit* (cf. Matth. 25, 26). *Quare deo gratias. Explicit exposicio abbatis ioachym super apocalypsin. deo gratias.* in hoc codice tractatus de monogrammate Christi utrum Hieronymo an abbati Ioachim adscribatur, dubium est. finiunt codicem fol. 253va—254ra *Quaedam extracta ex commentario abbatis ioachym super ysaiam, ubi agit de onere babylonis* et fol. 254ra *Indiculus operum abbatis ioachym.*

θ) Cod. Oxon. Colleg. Merton. 26 (*B. 3. 4.*) — olim *N. 2. 14. Art.* — (= *R*), fol. 223, 38,8 cm × 26 cm, saec. XV binis columnis pulchre pictus. in fol. 5^v hanc habet inscriptionem: *In uolumine continentur opera beati hieronimi sapientia ex dono dñi Ric̃c* (= Ricardi) *Fitzjames nuper Cicestrensis ep̃i* (= Chichester, 1504—06, quando episcopus Londiniensis factus est) *ac Custodis istius collegii cuius anime propicietur deus. amen.* sequuntur fol. 6^r—50^r *Hier. in Matth.*, fol. 52^r—58rb *Hier. in Apoc.*, fol. 58rb—59ra *Hier. de monogramma $\overline{XPI}$* etc. (cf. Revue Bénéd. XX, p. 226 sq. et 232—236).

Codices *PQR* inter se cognati uni familiae attribuendi sunt et id eidem, cuius membra nobis iam nota codices *CB* apparent (cf. p. XXXIV et XLVIII). haec affinitas probatur communitate transitus propter foliorum in archetypo transpositionem p. 95, 3 a (in app. crit.) facti, ubi codd. CBPQR (= II) ad uerbum fere consentiunt (exceptis his lectionibus: *istos* CBP, *illos* QR; *statuendae* CB, *stature* PQR; *qui* CB, *quod* PQR), aequalitate quarundam omissionum (67, 14 *salus et testimonium* et 97, 3 *episcopi* om. II D; 147, 4 *uero* om. II; 149, 7 *ostendit* om. II; 151, 5 *positas . . . arbitror esse* om. II), lectionum falsarum communitate (e. g. 31, 2 *cum eis sunt* pro *tunicis suis*; 59, 1 *diuersos* pro *dicit uniuersos*; 101, 14 *populos multos* pro *populus multus* etc.). antiquiores communi origine codicum II hae lectiones uidentur esse: 85, 4 *ecclesiae spiritus* PQRTDCHIMS pro *Ecclesiastes*; 129, 18 *Samariam* IIIKMS pro *duo maria.*

Quoniam permultis locis cod. D quoque cum lectionibus codd. II consentit, cod. T unus relinquitur testis recensionis Hieronymi, cui alienam atque plerumque rectiorem textus traditionem debemus. enumero haec exempla, in quibus II D uel, si asterisci signum * additum est, II a T abhorrent: 23, 17 *mittere in terram* cum Vulg.; 23, 20 *in regno* cum Vulg.; *29, 5 *septem* pro *septenatim* (cod. D deest); 41, 15 *territi* pro *timefacti*; *43, 5 *Sequitur*; 43, 18 *potestis*; 45, 14 *satisfactum* (*factum* P); 61, 7 *intus* pro *deintus*; 63, 9 *obdormisti*; 63, 10 *resurrexisti*; 65, 14 *debitum* (*debito* D)

mortis susceperant ita; 75, 12 *transmeare* cum Vulg. (*transmeari* Dm2 P) 83, 14 *Antichristum* pro *regnum Antichristi*; 85, 9 *uenimus* pro *uis ibimus*; 87, 15 *uolasset* pro *uolens sit*; *89, 16 *quam Ioannes uidit*; *91, 14 *consumptis*; 111, 1 *dimicaturae* PCB, *dimicature erant* Q, *dimicature sunt* R; *113, 17 *manifestam* (cod. D deest); 121, 6 *in morte*; 123, 8 *C. T* (= 300); *129, 18 *super* pro *inter* (finitur cod. D); *131, 1 *resoluens* pro *recolens*; *133, 13 *Assur* pro *Sor*; *145, 12 *proferri*; *147, 13 *uirgeneo*; *151, 11 *inter sanctos* pro *iter sanctis*; *151, 16 *superstitio*. unum addo exemplum mendi omnibus testibus recensionis Hieronymi communis: 111, 2 *gladium* pro *gladio* (cod. D deest).

Quamquam his exemplis auctoritas codicis T singularis confirmatur, tamen non praetermittam has lectiones haud spernendas, in quibus codices PQR aut soli aut una cum codd. CB aliisque testibus cum editione Victorini (= A) concordant: 17, 9 *quae praecepit* Π pro *praecepta*: 17, 12 *initium* om. ΠD (in his duobus exemplis cod. Q deest); 29, 10 PQR seruant ordinem epistularum Pauli, quem A praebet; 39, 18 *promisit* ΠD pro *repromisit*; 61, 18 *in caelo* ΠDF pro *de caelo*; 61, 19 *neque* ΠDF pro *nec*; 69, 9 *hominum* ΠD pro *humanum* et *uincerent* ΠDFH pro *euincerent*; 69, 12 *nostro* om. ΠD; 93, 10 *sibi ostensionem factam* PQR (*ostensionem significatam* A); 97, 11 *adoret* PQRT pro *adorat*; 113, 13 *sequi eum* PQR; 133, 17 *botros* QRFHS pro *botriones* PCB; *uue* PQRT pro *uineae*.

Accedunt aliae lectiones bonae notae dignaeque memoratu: 18, 16 *ambulantem* add. AP; 106, 12 *spiritus* PDF pro *Christus*; 121, 12 *instituturus* PM𝔅 pro *institurus*. item cod. R 41, 9 probat lectionem Primasii: *uiuere et uirere*, quam in textum recepi; 47, 15 *se*, quod addidi, exhibent QR; similiter 61, 20 *uidisse se* RΦ pro *uidisse*; 99, 10 *quotquot fuerunt et futurae sunt* R pro *quotquot futurae sunt*; 53, 16 *obtulerit* APRFMS pro *obtulit*; 147, 1 *iugulauerit* PQRS pro *uigilauerit*; 43, 11 *opere* PQRIKMS𝔅 pro *opera*.

Pro lectione, ut uidetur, corrupta: 65, 9 *merito resignatur* rectam praebet P: *moriturus signatur* (*designatur* QR); ex mutilato uerbo *moriturus* ortum est *merito re-*.

Insuper non desunt lectiones, in quibus PQP contra CB cum reliquis membris recensionis Hieronymi T uel D aliisque testibus consentiunt. praesto sunt haec exempla: 27, 18 *nominatim in* CB, *nominat in* PQRTX: 29, 1 *sint* CBF, *sunt* PQRTIKMS; 51, 8 *uultibus* CB, *uultus* PQRDFM; 87, 7 *ipse propheta* CB, *ipsa prophetata* PQRDIK; 103, 16 *resurgere* CB, *surgere* PQRTD; 117, 14 *uasis* CB, *uasi* PQRD. 59, 3 contra *euangelia* YI praebent PQR cum AK *euangelii*.

Aliis locis codd. PQR aut omnes aut unus uel duo singulares lectiones praebent, quibus eorum et affinitas propinqua et proprietas genuina probatur. praemitto exempla, in quibus omnes tres soli concordant: 41, 4

operatione pro *opere inanes*; 41, 12 *collationis*; 41, 17 *in tam paruis uiribus* om.; 75, 12 *audiuntur a iustis*; 81, 2 *numerus ostenditur*; 83, 9 *e toto mari* pro *et scotomari*; 119, 9 *Galba Otho et pater Vitellius*; 149, 18 *saciarunt* (lectio non spernenda!); 151, 18 *formatur* pro *firmata* CB. consentiunt autem PR in his lectionibus: 105, 8 *draconis* pro *rationis*; 135, 14 *sexaginta* pro *sexcenta* — QR in multo pluribus: 31, 7 *frugalitatem*; 35, 1 *admoueri;* 35, 2 *priuentur* pro *fraudentur;* 35, 4 *ab alto*; 39, 3 *de manna absconso*; 43, 12 *calidos* pro *feruentes*; 49, 6 *donum . . . cristallo* om. et in marg. add.; 49, 19 *cessabunt*; 55, 6 *ueteris ac noui testamenti*; 63, 1 *mediata*; 69, 12 *predictum* pro *praedicatum*; 81, 8 *interruptio eadem per ordinem repetitur*; 101, 2 *hec duo candelabra*; 105, 17 *peccatorum* pro *delictorum*; 109, 13 *recturus* pro *acturus* PDCB; 129, 20 *restituet*; 131, 11 *in medio celo*; 133, 5 *lata* om.; 137, 9 *habentem citharas et fialas aureas*; 151, 4 *eloqui.* restat, ut codicis Q lectiones singulares memorentur: 79, 10 *super uniuersos* pro *super numeros* PRCB; 97, 3 *testamentum* pro *testimonium*; 107, 9 *resurrectionis* pro *repromissionis.*

IN SIGLORVM CONSPECTV:

pag.

2, 10 p. 455—461 *scribendum* (*cf. p. XXVIII*)

13, 12 Giaccarellum *scribendum* (*cf. p. LX*)

IN TEXTV:

3, 2 [f. 71ᵛ] *hoc loco delendum et post* deus (*lin. 6*) *ponendum* (*cf. p. XXIX in not.*)

7, 22 pentecosten *scribendum cum L; accusatiui formam pro omnibus casibus adhibitam esse multis exemplis demonstrauit Th. Zahn, Forschungen zur Gesch. des neutest. Kanons IX 176. 401*

18, 16 filio *scribendum cum A* (*cf. p. 191*)

19, 21 potestatem. *scribendum*

22, 11 et ut ostenderet *scribendum cum A*

28, 6 septenatim *scribendum pro* septem; *A praebet* septinatim *litteris* atim *lineola transuersa deletis*

30, 14 *post* ad eos *inserendum* [fol. 4ʳ]

32, 15 scio te laborare *scribendum*

35, 8 *in mg.* 2, 15 *scribendum pro* 2, 6

47, 13 *in mg.* 4, 3a *addendum*

47, 20 *in mg.* 4, 3b *scribendum*

97, 3 prouinciis omnes *scribendum*

101, 7 *in mg.* cf. 13, 1 *addendum*

125, 1 *et 127, 10 pro uncis angulatis unci rotundi ( ) ponendi sunt* (*cf. p. XXV δ*)

pag.
129, 8 *in mg.* 13, 13 *addendum*
129, 17 exacerbationem *scribendum*
145, 4 *in mg.* 20, 8—10 *scribendum secundum Vulg. numerationem uersuum*

IN TESTIMONIIS ADDE:

18, 12—14 cf. Canonis Muratoriani (*cuius exemplar graecum Victorinum legisse uerisimile est*) u. 24 et 25
28, 2—6 cf. Can. Murator. u. 55—59
28, 7—8 (*7, 20*) cf. Can. Murator. u. 47—50
54, 2 cf. Can. Murator. u. 19 et 20
58, 3—4 euangelium, actio scilicet domini et doctrina] cf. Papias apud Euseb. hist. eccl. III 39, 15: τὰ ὑπὸ τοῦ κυρίου ἢ λεχθέντα ἢ πραχθέντα
101, 2—3 cf. Beatum p. 1 et 395

IN APPARATV CRITICO:

8, 13 *nota delenda est, cf. p. 106, 12*
14, 14 ablatis] ab iota *ADCBPR, quae lectio indicio est Hieronymi prologum in cod. A editioni Victorini ex codice quodam familiae Y adiunctum esse* (*cf. quae p. XXXIV de correctoris exemplari dicta sunt*)
17, 1 *in cod. H lacuna exstat usque ad p. 63, 14* (*pro*: '*ad p. 61, 1*'), *cf. p. LII 2 b*
18, 14 ueniet ueniet *A*, uenit *aa*
18, 16 filio *Aaa*
22, 11 et ut] *scribendum pro* ut]
26, 14 *pro* Ieso Christo *scribendum est*: j° 3° (= *Ioh. 3, 34*); *cf. p. XXXIV*
28, 6 septenatim] septinatim *litteris* atim *lineola transuersa deletis A*
28, 7 ipse *scribendum pro* ipso
28, 10 excederent *A*
29, 9 ad Phil. *om. IKM*
30, 8 inuolentiam *A praebet, non* inuiolentiam
32, 2 *uerba* in quo fides desit *linea transuersa deleuit A*
46, 9 in spiritu] in spiritum *A*
46, 14 quia] qui *A*
50, 17 pro populo] pro pulo *A*
52, 1 *nota* et] sed et *A delenda est*
56, 11 et 13 israhel *A*

pag.

64, 20 et *alt.*] *delendum est, et tota nota*: 'hanc uocem . . . sublatum' *ponenda est post* 21 intellegitur]

74, 7 in templum] *desinit cod. a* (*cf. p. XXXII 3*)

95, 3 *scribendum*: (*cf. p. 111, 1 sqq.*)

106, 12 sumpturus] *desinit cod. a* (*cf. p. XXXII 2*)

IN INDICIBVS ADDE:

158 Beati in Apocalypsin commentaria p. 1 et 395 . . . . cf. 101, 2—3

159 Canonis Muratoriani u. 19 et 20 . . . . cf. 54, 2

u. 24 et 25 . . . . cf. 18, 12—14

u. 47—50 . . . . . cf. 28, 7—8 (7, 20)

u. 55—59 . . . . . cf. 28, 2—6

160 Papias (Euseb. hist. eccl. III 39, 15) . . . . cf. 58, 3—4

170 *pro* pentecoste *scribendum est* pentecosten 7, 22

I.

VICTORINI EPISCOPI PETAVIONENSIS TRACTATVS DE FABRICA MVNDI

SIGLORVM CONSPECTVS.

L = cod. bibliothecae Lambethanae Londinensis 414 membranaceus in 8^0 saec. X—XI.

e = editio princeps quae exstat in Scriptorum ecclesiasticorum historia literaria autore Guilielmo Cave (Londini MDCLXXXVIII) p. 103 et 104.

g = editio Andreae Gallandii in Bibliotheca ueterum patrum tom. IV (Venetiis MDCCLXVIII) fol. 49—51.

w = Walkeri correctiones apud Gallandium.

r = editio Martini Iosephi Routh in Reliquiarum sacrarum uol. III, ed. altera (Oxonii MDCCCXLVI) p. 454—461; ibidem p. 464—483 annotationes in Victorini fragmentum. — Martini Iosephi Routh editio prior repetita est in Patrologiae cursus completi serie prima accurante I. P. Migne, tom. V (Parisiis 1844) p. 301—316.

TRACTATVS DE FABRICA MVNDI.

1 |f. 71v| Cogitanti mihi ⟨et⟩ una cum animo meo conferenti de fabrica mundi istius, in quo clausi tenemur, etiam uelocitas fabricae ipsius haec est, sicut in libro Moysi continetur, quem de conditione ipsius scripsit, qui genesis appellatur. totam molem istam deus sex diebus ex nihilo in ornamentum maiestatis suae expressit, septimum quietus ⟨a⟩ labore benedictione consecrauit. idcirco igitur quoniam septenario numero dierum et caelestia et terrestria omnia reguntur, principii loco de hac septimana, omnium septimanarum regina, meditabor et prout potuero uirtutis diem in eius consummationem conabor exprimere.

2 In principio fecit deus lucem eamque duodenario numero horarum die noctuque diuisit, idcirco uidelicet, ut laboribus hominum requiei locum noctem dies superduceret, rursus dies superuinceret ac sic alterna uice labor quiet⟨e noct⟩is refoueretur, quies exercitatione rursus diei temperaretur. quarto die fecit duo luminaria in caelo, maius et minus, ut alterum praeesset diei, alterum nocti — solis

2 cf. Minuc. Fel. Oct. 1, 1   7 cf. Gen. 2, 2. 3   10 cf. Ps. 109, 3   17 Gen. 1, 16. 17

1 explt liber quaestionū sci hie|ronimi ad damasum; | INCPT TRACTATVS | VICTORINI DE FA BRICA MVNDI; *L*   1] *Gallandius opusculum in septem sectiones diuisit, ipse malui in decem diuidere*   2 cogitanti *e*, cogitante *L*   et *add. r*   conferenti *e*, conferente *L*   5 conditione] *cf. Ezech. 28, 15:* a die conditionis tuae (*Vulg.*) = ἀφ' ἧς ἡμέρας σὺ ἐκτίσθης (*LXX*)   6 ornamentum *scripsi*, ornamento *L*   7 septimum *scripsi*, septimo *L*   quietus a labore *coni. r*, quib; laborē (*quae uerba m2 lineola transfixit*) *L*   benedictione* (m *eras.*) *L*   8 septinario *L*   9 septimana *w*, septimā ad *L*   10 septimanarium *L*   regina *scripsi*, regionum *L*   meditabor *coni. r*, m&ibor *L*   11 eius *scripsi*, eā *L*   conamor (u *s.* o *alt. m2*) *L*, *cf. p. 8, 6*   12 duodecinario *Lm1*   13 orarum *L*   14 requiei *scripsi*, requies *L*   superdoceret (v *s.* o *m2*) *L*   15 ac sic *w*, hac se *L*   quiete noctis *w*, quietis *L*   17 et *e*, ut *L*   18 praeesset *e*, praecessit *L*   noctis *L*

et lunae — ceteraque sidera posuit in caelo, ut lucerent super terram et discernerent tempora et annos et menses et dies et horas per stationes.

3 Nunc ratio ueritatis ostenditur, quare dies IIII. tetras nuncupatur, quare usque ad horam nonam ieiunamus ⟨aut⟩ usque ad uesperum aut superpositio usque in alterum diem fiat. mundus itaque iste ex quattuor elementis constat: igne aqua caelo terra. haec igitur quattuor elementa [temporum] tetradem faciunt. sol quoque et luna per anni spatium quattuor tempora efficiunt: ueris aestatis autumni |f. 72r| hiemis, et haec tempora tetradem faciunt. et ut ex ea re longius enarrem: ecce quattuor animalia ante thronum dei, quattuor euangelia, IIII flumina in paradiso fluentia. IIII generationes populorum ab Adam usque ad Noe, a Noe usque ad Abraham, ab Abraham usque ad Moysen, a Moyse usque ad Christum dominum filium dei. et quattuor animalia: hominis uituli leonis aquilae, et quattuor flumina: Fison Geon Tigris et Eufrates. homo Christus Iesus auctor eorum quae supra memorauimus tetrade ab impiis conprehensus est. itaque ob captiuitatem eius tetradem, ob maiestatem operum suorum et ⟨ut⟩ tempora humanitati salubria, frugibus laeta, tempestatibus tranquilla decurrant, ideo ⟨aut stationem⟩ aut superpositionem facimus.

4 Die quinto terra et aqua fetus suos ediderunt. die sexto creata sunt quae deerant. ac sic deus hominem de humo instruxit dominum omnium rerum, quas super terram et super aquam creauit. prius tamen angelos atque archangelos creauit,

12 cf. Apoc. 4, 6 13 cf. Gen. 2, 10 16 cf. Apoc. 4, 7 17 cf. Gen. 2, 11—14

1 caeteraque *e*, Citheraque *L* 3 horas per stationes *e in mg.*, horis prestationes *L* 5 aut *add. r* 6 superpositio = ὑπέρθεσις (*term. techn.*) 7 elimentis *L* 8 temporum *seclusi praeeunte Walkero* 9 tetrade *L* 10 hyemis *L* 11 t&radiem *L* 13 paradyso *L* 17 fyson *L* tygris *L* 18 tetradẽ *L* 19 conpraehensus *L* 20 ut *add. r* 21 humanitati *coni. r*, humanitatis *L* 22 aut stationem *add. r* 23 aquã f&us suus *L* 24 *uerba* ac sic ds hominẽ *ante* die sexto *habet L, corr. w* 25 quas] quae *L* 26 *post* creauit *add.* quam *er*

[hominem finxit] spiritalia terrenis anteponens. prius enim lux, quam caelum et terra. hic dies sextus parasceue appellatur, praeparatio scilicet regni. Adam enimque ad imaginem et similitudinem suam consummauit. idcirco autem prius opera sua consummauit, quam angelos crearet et hominem fabricauit, ne forte adiutores se fuisse falsa dictione adseuera⟨re⟩nt. |f. 72v| hoc quoque die ob passionem domini Iesu Christi aut stationem deo aut ieiunium facimus.

5 Die septimo requieuit ab omnibus operibus suis et benedixit eum et sanctificauit. hac die solemus superponere, idcirco, ut die dominico cum gratiarum actione ad panem exeamus. et parasceue superpositio fiat, nequid cum Iudaeis sabbatum obseruare uideamur, quod ipse dominus sabbati Christus per prophetas suos odisse animam suam dicit, quod sabbatum corpore suo resoluit. prius autem, cum ipse Moysi praeciperet, ne circumcisio diem octauam praeteriret, quae die sabbato plerumque incurrit, sicut in euangelio scriptum legimus, Moyses prospiciens duritiam populi illius idcirco die sabbati leuauit manus et se ipsum crucifixit in proelio, quod ab allophylis sabbato ⟨factum est⟩, ut caperentur et [uelut] seueritate legis ad deuitandum disciplinam formarentur.

6 Et ideo Dauid in psalmo VI. pro die octauo dominum rogat, ne in ira neque in furore suo arguat eum aut iudicet. hic est enim reuera futuri illius iudicii dies octauus, qui extra ordinem septimanae dispositionis excessurus est.

3 cf. Gen. 1, 26 9 Gen. 2, 2. 3 13 cf. Matth. 12, 8 14 cf. Esai. 1, 13. 14 16 cf. Leu. 12, 3 17 cf. Ioh. 7, 22 18 cf. Matth. 19, 8 19 cf. Ex. 17, 9. 12, cf. Col. 2, 14 et Tertulliani adu. Marc. III 18 et adu. Psychicos c. 10 22 cf. Ps. 6, 1. 2, cuius psalmi titulus est: ὑπὲρ τῆς ὀγδόης

1 *uerba* hominem finxit *delenda esse uidentur* 2 terra *w*, terram *L* 3 enimque *scripsi* (= namque), enim quem *L* 5 creauit *r* 6 adseuerarent *w*, adseuerant *L* 15 sabbatum *w*, sabbato *L* 17 plerumque *idem quod* saepe 19 leuauit manus *scripsi*, leuabat manus *coni. r*, legebamus *L* in] et (in *s.* et *m2*) *L* quod] quae *L* 20 allofilis *L* factum est *addidi* uelut *seclusi utpote ortum ex glossa ad* et *adscripta:* uel 'ut' 21 seueritate *r*, seueritatē *L* deuitandum *scripsi*, deuetando (i *s.* e *alt. m2*) *L* 22 dn̄o *L*

Iesus quoque Naue successor Moysi et ipse sabbatum resoluit. die enim sabbati praecepit filiis Israel, ut muros ciuitatis Hiericho tubicinibus circuirent et bellum allophylis indicarent. Matthias autem princeps Iudae sabbatum resoluit. nam praefectum Antiochi regis Syriae sabbato occidit |f. 73r] et allophylos sua persecutione subiecit. et apud Mattheum scriptum legimus. Esaias quoque et ceteri collegae eius sabbatum resoluerunt, ut uerum illud et iustum sabbatum septimo miliario annorum obseruaretur. quamobrem septem diebus istis dominus singula milia annorum adsignauit. sic enim cautum est: in oculis tuis, domine, mille anni ut dies una. ergo in oculis dei singula milia annorum constituta sunt: septem enim habeo oculos domini. quapropter, ut memoraui, uerum illud sabbatum est septimum miliarium, in quo Christus cum electis suis regnaturus est.

7 Septem quoque caeli [sunt] illis diebus conueniunt. sic enim cautum est: uerbo domini caeli firmati sunt et spiritu oris eius omnis uirtus eorum. hi septem spiritus. nomina sunt eorum spiritus, qui supra Christum dei requieuerunt. ut apud Esaiam prophetam cautum est: et requiescit super eum spiritus sapientiae et intellectus, spiritus consilii et uirtutis, spiritus scientiae et pietatis, et repleuit illum spiritus timoris dei. summum ergo caelum sapientiae, secundum intellectus. tertium consilii, quartum uirtutis, quintum scientiae, sextum pietatis, septimum timoris dei. ex hoc ergo tonitrua mugiunt, fulmina extenduntur, ignes

2 cf. Ios. 6, 3. 15 5 cf. I Mach. 2, 24. 25. 40. 41 6 cf. Matth. 12, 3—5 7 cf. Esai. 1, 13; Os. 2, 11 etc. 11 Ps. 89, 4 13 cf. Zach. 4, 10; Apoc. 5, 6 15 cf. Apoc. 20, 6 17 Ps. 32, 6 20 Esai. 11, 2. 3

1 Iesus Naue successor Moysi] *item exempli causa in tractatibus qui dicuntur Origenis (ed. Batiffol) p. 88, 16* 2 isrł *L* 3 hyericho *L* allofilis *L* 4 Matthias] Mathathias *Vulg.* 5 Antiochi] antiqui *L* 6 allophilos *L* 7 collegi *L* 8 ut] Et *L* 13 habeo = ἔχω *pro* teneo, scio, inuenio, *cf.* ἄλλην ὁδὸν, σωτηρίαν ἔχειν 14 est septimum miliarium *scripsi*, et septem milia anni *L* 16 sunt *del. w* 18 hii *L* 23 spiritu *L* 24 sapientia; *L* 25 scientia; *L* 26 flumina *L*

conglobant⟨ur⟩, trabes ardentes apparent, sidera radiant, comae horribiles coruscant, nonnunquam accedit etiam sol et luna: inuicem uisitantur atque illa ultra formidabilia lumina, radiantia |f. 73ᵛ| in acie aspectu eius, efficiunt. auctori autem totius creaturae istius—'uerbo' cognomen est ei. sic enim dicit pater eius: eructatum est cor meum uerbum bonum. Iohannes euangelista sic dicit: in principio erat uerbum et uerbum erat apud deum et deus erat uerbum. hoc erat in principio apud deum. omnia per ipsum facta sunt et sine eo factum est nihil. ergo primus factus creaturae est, secundus hominis ⟨uel⟩ humani generis, ut ait apostolus. hoc igitur uerbum, cum lucem fecit, sapientia uocatur; cum caelum, intellectus; cum terram et mare, consilium; cum solem et lunam ceteraque clara, uirtus; cum terrae ac mari ⟨fetus⟩ excitat, scientia; cum hominem finxit, pietas; cum hominem benedicit et sanctificat, timor dei nomen habet.

8 Ecce septem cornula agnuli, septem oculi dei, septem oculi stagnei, [septem oculi], septem spiritus, septem faces ardentes ante thronum dei, septem candelabra aurea, septem ouiculae, septem mulieres apud Esaiam, septem ecclesiae apud Paulum, septem diacones, septem angeli, septem tubae, septem signacula libri, septem septimanae quibus pentecoste concluditur, septem septimanae apud Danihelum, item sexaginta tres septi-

6 Ps. 44, 2 7 Ioh. 1, 1—3 10 Col. 1, 15 11 I Cor. 15, 47 16 cf. Gen. 2, 3 17 cf. Apoc. 5, 6; Zach. 4, 10 18 cf. Zach. 4, 10; Apoc. 5, 6; Apoc. 4, 5 19 cf. Apoc. 1, 13 20 cf. Leu. 23, 18; Esai. 4, 1 21 cf. Act. 6, 3; Apoc. 15, 1. 6 etc. Ios. 6, 4 et Apoc. 8, 2 22 cf. Apoc. 5, 1 23 cf. Dan. 9, 25

1 conglobant *L* 2 horribiles coruscant *scripsi*, orribilis curabitur *L* 3 lumine *L* 4 auctori autem *scripsi*, Auctoritatē *L* 5 istius *scripsi*, iustus *L* 6 eructatum est] *de forma deponenti cf. Georges, Wortformen s. u.* 11 uel *addidi* 14 maris (s *del. m3*) *L* 15 *suppleui* fetus, *cf. p. 4, 24 et 8, 15* 17 oculos *L* 18 stagnei *pertinet ad Zach. 3, 9 et 4, 10:* uidebunt lapidem stanneum (= τὸν λίθον τὸν κασσιτέρινον) in manu Zorobabel: septem isti oculi sunt domini (*Vulg.*) septem oculi *uncis inclusit w* 20 septem ecclesiae] *cf. p. 28, 5—10 et Cypriani testim. I 20 p. 53, 11 H.*: et Paulus ecclesiis septem scribit 21 tubas *L* 22 pentecosten *L* 23 Danihelum *cf. Commod. apol. 246 Domb.:* a Danihelo sexaginta *coni. r*, quadraginta *L* (*in archetypo erat* XL *pro* LX)

manae apud Danihelum, apud Noe septem omnia munda in arca, septem uindictae de Cain, septem anni remittendi debiti, lucerna |f. 74r| cum septem orificiis, septem columnae sapientiae in domum Salamonis.

9 Nunc igitur de ine⟨na⟩rrabili gloria dei et prouidentia uideas memorari: tamen, ut mens parua poterit, conabor ostendere. ut Adam illum per septimanam reformauerit atque uniuersae suae creaturae subuenerit, natiuitate filii sui Iesu Christi domini nostri factum est. quis itaque lege dei doctus, quis plenus spiritu sancto non respiciat corde, ea die Gabrihel angelum Mariae uirgini euangelizasse, qua die draco Euam seduxit; ea die spiritum sanctum Mariam uirginem inundasse, qua lucem fecit; ea die in carne esse conuersum, qua terram et aquam fecit; ea die in lacte esse conuersum, qua stellas fecit; ea die in sanguine, qua terra et aqua fetus suos ediderunt; ea die in carne esse conuersum, qua die hominem de humo instruxit; ea die natum esse Christum, qua hominem finxit; eadem die esse passum, qua Adam cecidit; ea die resurrexisse a mortuis, qua lucem fecit? humanitatem quoque suam septenario numero consummat: natiuitatis, infantiae, pueritiae, adulescentiae, iuuentutis, perfectae aetatis, occasus. Iudaeis quoque humanitatem suam etiam his modis ostendit: cum esurit, sitit, cibum potumque cepit; cum ambulat et secessit; cum super ceruicale dormiuit. cum autem freta orta procella pedibus ingreditur, uentis imperat, |f. 74v| aegros curat, et clodos reformat, caecos ⟨illuminat, surdos auditione

1 cf. Gen. 7, 2 2 cf. Gen. 4, 15; Deut. 15, 1 3 cf. Zach. 4, 2; Prou. 9, 1 20 cf. Philonis libellum de opificio mundi c. 36 (secundum Hippocratem) 23 cf. Matth. 14, 22 etc. 24 cf. Marc. 4, 38

3 orificis *L* 4 Salamonis] *sic codex* 5 inenarrabili *scripsi*, inerrabili *L* 8 subuenerit *w*, subuenir& *L* natiuitatē *L* 11 aeuam *L* 13 *post* conuersum *excidisse uidetur* Christum 15 fa&us *L* 18 qua] **quo* (in *ante* quo *et* d *post* quo *eras.*) *L* 19 resurrexisse *w*, resurrexit *L* 20 septinario *L* natiuitatē *L* 21 occasus *w*, occasum; *L* 23 cepit *scripsi*, dedit *L* et secessit *coni. r*, eas esse scit *L* 24 ceruicale *scripsi* (*cf. Georges, Wortformen s. u.*), ceruicalem *L* orta *coni. r*, aut *L* 26 clodus (o *s.* u *m2*) *L* ⟨illuminat, surdos auditione et mutos⟩ *add. r*

et mutos⟩ eloquentia instituit, uide eum dominum se esse nuntiare eis.

10 De duodenario numero dies, ut supra memoraui, per duodenas horas bifarie diuisus est: lucis et noctis. per has namque horas menses et anni et tempora et saecula conputantur. constituti sunt itaque sine dubietate diei angeli duodecim, noctis angeli duodecim, pro numero scilicet horarum. hi sunt namque XXIIII testes dierum et noctium, qui sedent ante thronum dei, coronas aureas in capitibus suis habentes, quos [in] apocalypsis Iohannis apostoli et euangelistae s e n i o r e s uocat, idcirco, quia seniores sunt et aliis angelis et hominibus.

9 cf. Apoc. 4, 4

1 eloquentiā *L* uide eum *scripsi,* uid&e *L* nuntiare *r,* nuntiari *L* 2 eis. De *scripsi,* eiusdē *L* 3 *uis praepositionis* de *est* quod attinet ad dies *coni. r,* dicere *L* 4 bifariae *L* 6 constituta *L* dubietate *scripsi,* dubio autē *L* 10 in *del. w* 12 EXPLT TRACTATVS VICTORINI | DE FABRICA MVNDI; | INCPT DE SEPTEM EX | PECTACVLA MVNDI | Plerique philosophorum dum studiis lit | terarum uacant *etc. L*

II.

COMMENTARII IN APOCALYPSIN EDITIO VICTORINI ET RECENSIO HIERONYMI VNA CVM POSTERIORVM ADDITAMENTIS

SIGLORVM CONSPECTVS.

A. EDITIO VICTORINI:

A = codex Ottobonianus lat. 3288 A saec. XV
a = cod. Ottobonianus lat. 3288 B saec. XV exeuntis, ex cod. *A* descriptus
α = cod. Vaticanus 3546 saec. XVI, ex cod. *a* descriptus

B. RECENSIONES.

I. RECENSIO HIERONYMI (Υ):

T = cod. Taurinensis lat. G V 3 membran. saec. XI
D = cod. 1079 bibliothecae oppidi Arras saec. X
C = cod. 895 bibliothecae oppidi Troyes saec. XII
B = cod. monasterii sancti Victoris prope Parisios, nunc cod. 316 bibliothecae 'de l'Arsenal' saec. XII
e = editio princeps Parisiis 1543, ex cod. *B* deprompta
Υ = *TDCB*

II. RECENSIO POSTERIOR TEXTV APOCALYPSIS ALIISQVE ADDITAMENTIS AVCTA (Φ):

F = cod. Harleianus 3012 saec. IX exeuntis uel X ineuntis, qui Londini in museo Brittanico asseruatur
H = cod. Hafniensis — 'cod. man. Arnam. Legat Nro 1927 A M 795. 4to' — saec. XII
I = cod. membr. bibliothecae Antonianae Patauinae, in scrinio VI n. 105, saec. X
K = cod. M. S. 29 monasterii 'Kremsmünster' saec. XII
k = cod. membr. 108 monasterii 'Lambach' saec. XII ex. uel XIII in., ex codice *K* descriptus
M = cod. lat. chartaceus Monacensis 27319 saec. XV
Φ = *FHIKM*

𝔅 = Sancti Beati presbyteri Hispani Liebanensis in Apocalypsin commentaria, opera et studio Henrici Florez, Matriti MDCCLXX, 584 pag.

III. RECENSIO POSTREMA EX PRIORIBVS MIXTA:

S = cod. bibliothecae Casinensis CCXLVII (signatus exterius N. 247 et 563, intus P. 129, N. 257, plut. E), charactere longobardico Casinensi saec. XI—XII

g = editio Andreae Gallandii in Bibliotheca ueterum patrum tom. IV (Venetiis MDCCLXVIII) fol. 52—64: S. Victorini scholia in Apocalypsin beati Ioannis, quae primus ex bibliothecae Casinensis codice in lucem eruit Basilius Millanius monachus Casinas prodieruntque Bononiae in 8^0 apud Antonium Ciaccarellum et Peregrinum Bonardum anno MDLVIII Cal. Iuliis

X = *FHIKMS* (testes recensionum II et III)

O = omnes testes omnium recensionum

cet. = ceteri testes praeter eos, qui singillatim memorantur

r = D. Andreae Riuini Sanctae reliquiae duum Victorinorum, Gothae anno MDCLII, in quibus p. 31—74 Victorini commentarius ex recensione Hieronymi et p. 74—124 Riuini notae in commentarium exstant

m = Migne, Patrologiae cursus, series prima, tom. V (Parisiis 1844) p. 317—344, ubi Gallandii editio repetitur

---

PROLOGVS HIERONYMI.

Diuersos marina discrimina transuadantes inueniunt casus. si turbo uentorum fuerit uehementior, formido est; si terga iacentis elementi moderatior crispauerit aura, pertimescunt insidias. ita mihi in hoc uidetur quem misisti uolumine, qui in apocalypsin explanationem uidetur continere Victorini. et est periculosum et obtrectatorum latratibus patens de egregii uiri opusculis iudicare. nam et anterior Papias Hierapolites episcopus et Nepos in Aegypti partibus episcopus de mille annorum regno ita ut Victorinus senserunt. et quia me litteris obtestatus es, nolui differre, sed ne spernerem precantem, maiorum statim libros reuolui et quod in eorum commentariis de mille annorum regno repperi Victorini opusculis sociaui ablatis inde quae ipse secundum litteram senserit.

A principio libri usque ad crucis signum quae ab imperitiis

12 maiorum libros: *inprimis Ticonii Donatistae in Apocalypsim commentarium*

1 *Hunc prologum praebent AYFIKMS𝔅* Incipit Prologus Be⌞ati⌟ pbri in libro Victorini *A*, INCIPIT PRAEFATIO SIVE PROLOG SCI HIERONYMY PTRI IN APOCALIPSI LIBRO AD ANATOLIVM *T*, INCIPIT PREFATIO SCI HIERONIMI *F*, INCIPIT PROLOGVS S. HIERONIMI PRESBITERI AD ANATOLIVM IN EXPOSITIONE APOKALIPSIS *S* 2 transuadentes *AK* 3 turba *ADCBF* 4 pertremescunt (-iscunt *S*) *FS𝔅* 5 ita] sic itaque *S* quem] quod *eIS𝔅* qui] quod *eIS𝔅* 7 et] atque *S* 8 opusculo *K* ierapolites *ADCS* 9 episcopus] *om. IS*, epistulae *T*, epistole *ADm1CB*, eplae *F* 10 regnorum *TF* et] at *e* 11 uolui *IKe* sed et ne sperem *T* deprecantem *FIKMS𝔅* 12 quod] quae *TD*, quid *F*, quicquid *S* 13 de m. a. regno (regnum *TF*) *TDFIKMS*, *om. ACB* repperii *T* opusculo *K* 14 ablatis *KS*, ablata *TFM𝔅*, ab iota *ADCB* 15 *post* principio *add.* itaque *S* signum crucis *ACB* ab] *abundanter, cf. Hieronymi Ep. 1, 5:* a dolore corporis spiritu superato imperitiis *scripsi propter genetiuum* scriptorum (*cf. Hieron. in interpretatione libri Didymi de spiritu sancto c. 25 (XXIII 125 M):* perturbationes et imperitias), imperitu *F*, imperitis *cet.*

erant scriptorum uitiata, correximus, exinde usque ad finem uoluminis addita esse cognosce. iam tuum est discernere et quid placeat roborare. si uita nobis comes fuerit et dominus sanitatem dederit, tibi nostrum in hoc uolumine potissimum sudabit ingenium, Anatoli carissime.

1 scriptorum *TDF*, scriptoribus (*post* imperitis) *S* (*post* uitiata) *ACB𝔅*, *om. IKM* *post* exinde *add.* uero *S* 2 discere *D* 3 quod plus placeat *A* *post* si *add.* autem *S* 5 sudauit *TF* Anatholi *DCBFI* carissime *om. F* *pro* carissime *praebet* mi in Christo uale *I* EXP PRAEFATIO INCP LIB *T*, EXPLT PROLOG *D*, EXPLIC PREFATIO INCIPIT EXPLANATIO SCI HIERONIMI IN LIBRO APOCALYPSIN IOHANNIS APOSTOLI *F*

EDITIO VICTORINI.

CAP. I.

1 [fol. 1^{v}] ˻Pri˼ncipium libri beatitudinem ⟨legenti.⟩ audienti | et
seruanti promittit, ut lectioni studens | exinde opera discat et quae
1, 4 praecepit | ˻cus˼todiat. gratia uobis et pax a deo qui est | ˻et
qui e˼rat et qui uenturus est. | ˻quia cu˼m patre omnia fecit,
non ex uirgine | ˻sumpsit˼ ⟨initium⟩. uenturus est: utique ad iudi-
candum. | ˻septifo˼rmi spiritu. | ˻in Esaia˼ legimus: spiritus

8 Esai. 11, 2. 3

2 Cap. I. *addidi, itidem sequentium capitulorum numeros* 3 *in iis partibus codicis A, quae scissuras passae sunt, repraesentandis singulorum codicis uersuum finem signo* | *designaui; litterae uncis* ˻ ˼ *inclusae in cod. A abscissae sunt, exstat autem maior pars in codicibus aα* legenti *addidi ex Hieronymi recensione, om. Aaα* (*cf. CBM*) 4 et exinde *aα* 6 qui (*ante* erat) *om. aα manifeste propter lacunam codicis A* quia cum *a,* qui cum *α* 7 *spatium expletur uocabulo* sumpsit, *quare* initium *cod. A* (*cf. DCB*) *omisisse putamus*

RECENSIO HIERONYMI
CVM ADDITAMENTIS POSTERIORVM.

CAP. I.

1 *[Apocalypsis Iesu Christi quam dedit illi deus* 1, 1. 3
ostendere seruis suis quae oportet fieri cito. beati qui
legunt et qui audiunt sermones huius prophetiae et
seruant quae in ea scripta sunt.] Principium libri beati-
tudinem legenti, audienti et seruanti promittit, ut lectioni
studens exinde opera discat et praecepta custodiat. gra-
tia uobis et pax a deo qui est et qui erat et qui 1, 4
uenturus est. est: quia permanet; erat: quia cum patre
omnia fecit, non ex uirgine initium sumpsit; uenturus est:
utique ad iudicandum. *(et a septem spiritibus qui in* 1, 4
conspectu throni eius sunt.) septiformi spiritu. in Esaia

14 Esai. 11, 2. 3

TDCB + FIKMS] = Υ + X

1 *Textus qui sequitur litteris antiquis descriptus Hieronymi est; quae litteris plerumque cursiuis impressa sunt, ubi uncis angulatis ([ ]) inclusa sunt, pertinent ad recensiones posteriores textu apocalypsis aliisque additamentis auctas* (= X), *ubi uncis rotundis* (( )) *signantur, recensioni quae dicitur mixtae* (= *S*) *soli tribuenda sunt* *in cod. H lacuna exstat usque ad p. 61, 1* 3 Cap. I. *addidi, itidem sequentium capitum singularumque sectionum numeros* 4 apocalypsis .. *l. 7* scripta sunt *add.* X Apocalypsin *F* χρι hiesu *F* 5 ostendere *IK*, ut ostenderet *F*, et ostendit *MS* *post* cito *add.* et significauit *S cum Vulg.* 6 qui *om. M* 7 in ea *om. g* Pro principio *F* 8 legenti *om.* (*cum A*) *CBM*, *add.* atque *S* obseruanti *I* ut .. custodiat *om. I* 9 operam *TF* praecepta] quae praecepit *CB cum A* 10 a deo] ab eo *IKS cum Vulg.* qui (*ante* uenturus) *om. TDC* 11 uenturus est omnipotens *F* est (*alt.*) *eFS*, *om. cet.* quia *pr.*] qui *I* *post* permanet *add.* et *CBFM* 12 non] nec *S*, et nunc *g* initium *om.* (*cum A*) *DCB* 13 utique] itaque *F* et .. eius sunt *add. S cum Vulg.* 14 septiformi .. *p. 19, 4* spiritus sancti *om.* Φ septiformis *T*, septiformem *S* spiritum *S*

sapientiae et intellectus,| ⌊consilii⌋ et fortitudinis,
scientiae et pietatis, spiritus |⌊timoris⌋ dei.|⌊isti⌋ septem
1, 5 spiritus unius scilicet dona ⟨sunt⟩ spiritus sancti. et ab|
⌊Ies⌋u Christo qui est testis fidelis primogenitus ex|
⌊m⌋ortuis. in homine suscepto perhibuit testimonium|⌊i⌋n
mundo. in quo passus nos suo sanguine|soluit a peccato
et debellato inferno primus resurrexit a mortuis, et mors ei
ultra non dominabitur, sed ipso regnante mundi regnum
1, 6 destructum est. et fecit nos regnum et sacerdotes, id
est omnem fidelium ecclesiam, sicut Petrus apostolus dicit:
1, 7 gens sancta, regale sacerdotium. ecce uenit cum
nubibus et uidebunt eum omnes populi. qui primo in
suscepto homine uenit occultus, post paululum in maiestate
et gloria ueniet ad iudicandum manifestus.
2 1, 13 Quod autem dicit: i⌊nter medium⌋ candelabrorum|aure-
orum amb⌊ulantem simi⌋lem filii hominis, '⌊simi⌋lem'
⌊dicit post morte⌋m deuictam. [fol. 2r] in caelis cum ascendisset
adunat⌊o et isto corpore⌋|cum spiritu gloriae, quam recepit a
⌊patre, potest⌋|iam quasi filius dei dici, non qu⌊asi filius

7 Rom. 6, 9   11 I Petr. 2, 9

1 et (*ante* fortitudinis) *om.* α 2 dei *scripsi cum TD*, domini *A cum Vulg.* 3 sunt *om. Aα* spu scti *A* 14 uenit *aα* manifestius *A* 15 inter medium *om. aα satis magno spatio relicto, cf. p. 20, 1* 16 ambulantem *om. aα, sed praebent lacunam* filio *aα* 17 dicit post *om. aα, sed exhibent lacunam* celis *A saepius* 18 adunato . . corpore] adunato sanct *aα cum lacuna post* sanct 19 potest iam *aα* non quasi filius hominis *aα*

legimus: spiritus sapientiae et intellectus, consilii
et fortitudinis, scientiae et pietatis, spiritus timo-
ris dei. isti septem spiritus unius scilicet dona sunt spiri-
tus sancti. et ab Iesu Christo qui est testis fidelis 1, 5
primogenitus ex mortuis. in homine suscepto perhibuit
testimonium in mundo, in quo passus suo nos sanguine
soluit a peccato et debellato inferno primus resurrexit a
mortuis, et mors ei ultra non dominabitur, sed ipso re-
gnante mundi regnum destructum est. et fecit nos regnum 1, 6
et sacerdotes *(deo et patri suo)*, id est omnem fidelium
ecclesiam, sicut Petrus apostolus dicit: gens sancta, regale
sacerdotium. ecce uenit cum nubibus et uidebunt 1, 7
eum omnes populi. qui primo in suscepto homine uenit
occultus, post paululum in maiestate et gloria ueniet ad iudi-
candum manifestus.

2 Quod autem dicit: *[et conuersus uidi septem cande-* 1, 12. 13
*labra aurea et in medio septem candelabrorum aure-
orum similem filio hominis]* in medio candelabrorum
aureorum similem filii hominis, 'similem' dicit post mor-
tem deuictam, cum ascendisset in caelis, adunato et isto cor-
pore cum spiritu gloriae suae, quam recepit a patre potestatem

8 Rom. 6, 9 11 I Petr. 2, 9

1 spiritum uidelicet *S* et *om. T* 3 dei *TD*, domini *CBS* (ϑεοῦ *LXX*, domini *Vulg.*) isti . . . *l. 4* sancti *om. g* *post* isti *add.* enim *S* 4 Christo *om. I* fidelis *om. I* 5 ex mortuis] mortuorum *S cum Vulg.* *post* homine *add.* enim *F* 6 *post* quo *add.* etiam *S* 7 et] ac *S* 8 sed ipso] sed' *om. F*, ipso autem *S* 9 nos] nostrum *FM* 10 deo . . suo *add. S cum Vulg.* omnem] omnium X 11 Petrus quoque *S* 12 ueniet *TFS* uidebit X 13 omnes populi *DCB*, omnis populus *T*, omnis oculus X *post* qui *add.* enim *S* primus *F*, prius *I* homine] semine *F* 16 et . . filio hominis *add.* X (et conuersus uidi inter medium VII candelabrorum aureorum similem filio hominis *I*) 18 in . . hominis *om.* X 19 filii *BC*, fili *D*, filio *T* *post* similem *add.* hoc *T*, hoc (i *s.* o *m2*) *D* 20 adunatam in suo corpore *S* et *om. T* 21 *post* spiritu *add.* et *DCB* potestate *Cm2Be*

1, 13 hominis⌋. | ambulans inter medium candelabror⌊um
au⌋|reorum, id est inter medium ecclesiarum, ⌊sicut⌋ | per
Salomonem dixit: inter semitas iusto⌊rum⌋ | ambulo. cuius
1, 14 antiquitas et inmortalitas, ⌊ma⌋|iestatis origo, ‘in capite
candor’ ostenditur. | caput autem Christi deus est.

3 1, 16 c In facie autem | claritas solis. facies eius apparitio illius
⌊fuit⌋, | qua locutus est hominibus faciem contra fac⌊iem⌋. | solis
autem gloria minor est quam gloria domin⌊i⌋. | sed propter ortum
et occasum et rursus ortum, | quod natus sit et passus et resurrexit. | ab eodem dedit similitudinem [eius] scriptura | faciem eius gloriae solis.

3 Prou. 8, 20 5 I Cor. 11, 3

4 immortalitas *A* *cf. haec testimonia:* cuius antiquitas et immortalitas maiestatis origo in capite candor ostenditur *Primasius* (*LXVIII 801 A M*); cuius antiquitas atque aeternitas iuxta humanae consuetudinis locutionem in candore capitis demonstratur *Autpertus* (*Ambrosii Ansberti in Apoc. lib. I, Maxima Bibliotheca Patrum XIII, Lugduni 1677, p. 424 B*); antiquitas et immortalitas maiestatis in capite candor ostenditur *Beda* (*Opera omnia ed. Giles, uol. XII, London 1844, p. 345*) 5 *in margine codicis A manus recentior haec Hieronymi additamenta suppleuit:* Et in capillis albis albatorum est similitudo: lanae similis propter oues, similis niui propter innumerabilem candidatorum turbam de celo datorum. *et postea:* Oculi eius ut flamma ignis: precepta dei sunt, que credentibus lumen ministrant, incredulis autem incendium 8 domin⌊i⌋] dn *A* sed] et *Am1*, sed *m2 in mg.* 10 eius *pr. uncis inclusi;* dedit similitudinem *idem quod* comparauit

quasi filium hominis ambulantem inter medium can- 1, 13
delabrorum aureorum, inter medium dicit ecclesiarum,
sicut in Salomone dicit: inter semitas iustorum ambulabo.
cuius antiquitas et inmortalitas, maiestatis origo. in capite 1, 14
candor ostenditur. caput autem Christi deus est.

[Caput autem eius et capilli erant albi tamquam lana alba *Iˣ in ϒ = 4 in X: Hieronymi additamentum*
(et tamquam nix): in capite candor ostenditur. caput autem
Christi deus est.*]* et in capillis albis albatorum est multitudo
lanae similis propter oues, similis niui propter innumerabilem
turbam candidatorum de caelo datorum.

Oculi eius ut flamma ignis. praecepta dei sunt, quae *IIˣ in ϒ = 5 in X: Hieron. add.*
credentibus lumen ministrant, incredulis incendium.

3 In facie autem eius claritas eius ut sol. 'claritas eius' 1, 16 c
quod dixit, apparitio illius fuit, qua locutus est hominibus *III in ϒ = 6 in X*
facie contra faciem. solis autem gloria minor est quam gloria
domini, sed propter ortum et occasum et rursus ortum, quod
natus sit et passus et resurrexit, ab eo dedit similitudinem
scriptura faciem eius gloriae solis.

3 Prou. 8, 20 5 I Cor. 11, 3

2 inter..ecclesiarum *om.* ϒΦ 3 salomonem *T* dicitur *S* 4 et *scripsi*, est *codd. Hieronymi* inmortalis *I* *post* inmortalitas *add.* et *S* Maiestatis ϒ *post interpunctionem* Cuius antiquitas est immortalitas, maiestatis origo. 𝔅 *p. 54* in capite . . est *om. hoc loco* X 6 *sequuntur septem commentarii particulae, quarum numerum Hieronymus auxit additis tribus particulis (Iˣ, IIˣ, Vˣ), quarum ordinem auctores recensionum* Φ *et S ita mutauerunt, ut ordinem textus ipsius sequi mallent: quo fit, ut inter se respondeant Iˣ in* ϒ *= 4 in* X, *IIˣ = 5, III = 6, IV = 1, Vˣ = 2, VI = 3, VII = 8, VIII = 7* (Φ) *= 9* (*S*), *IX = 9* (Φ) *= 7* (*S*), *X = 10* Caput . . deus est *add.* X 7 et tamquam nix *add. S cum Vulg.* 8 et *om. TX* albatorum] abbatum *g* multitudo *TDX*, *item Primasius et Beatus p. 59*, similitudo *CBAm2* 9 similis *pr. DCBAm2*, similes *TS*, similauit *I*𝔅 *p. 59*, simulauit *K* oues . . propter *om. FKM* similis (*alt.*)] simulauit *D*, simplices *S*, *om. I*𝔅 cand. turbam *CBAm2* candidorum *F* 11 ut ϒ*Am2*, *item Primasius et Beatus p. 59*, sicut X 12 min. lumen *S* *post* incredulis *add.* autem *Am2S* 13 in facie *e*X, in faciem ϒ eius (*alt.*) *T*Φ, *om. cet.* ut] sicut *IK* 14 qua] quia *F* 15 contra] ad *S*, *item Prim. et Beatus p. 67* 16 hortum *T* rursum *TX* 17 resurrexerit *IK* ab eo *scripsi*, adeo *TD*Φ, ideo *CBS*𝔅 *p. 67* dixit similem *CB* 18 scripturas *T* *post* scriptura *add.* similans *S*, assimilans *g*

4 1, 13 b In ueste sacerdotali carnem | quae corrupta non est a
morte | et habet per passionem aeternum sacerdotium | aper-
1, 13 c tissime traditum est. | zona aurea accincta pectori:
conflata conscien|tia et purus spiritalis sensus traditus est |
1, 16 b ecclesiis. per gladium bis acutum de ore ipsius | emi-
cantem | ostenditur ipsum esse, qui et nunc euangelii | bona
et prius per Moysen legis notitiam | uniuerso orbi protulit. sed
quia ex eodem | uerbo omne genus humanum tam ueteris | quam
noui testamenti iudicaturus est, ideo | gladius nominatus est. |
[fol. 2ʳ] ⌊gladius enim milite⌋m armat, gladius hostem inter-
ficit. | ⌊gladius desertor⌋em punit. ut ostenderet aposto|⌊lis, quia
iudi⌋cium adnuntiabat, ait: non ueni | ⌊pacem mittere sed
gladium. et postquam con|⌊summau⌋erat parabolas, ait ad
illos: | ⌊intel⌋lexistis omnia? dixerunt: ita. adiecit: |
⌊pro⌋pterea omnis scriba doctus de regno caelorum |
⌊sim⌋ilis est patrifamilias proferenti de thesauro | suo

12 Matth. 10, 34 14 Matth. 13, 51. 52

1 *uerba* non est a morte *bis leguntur in Aα* 2 apertissimum *Aα*, aliter apertissime traditum *Am2 in mg.* 3 est] Mammae duo sunt | testamen⌊ta⌋ *add. Am2 partim in linea, partim in mg. dextro* zona] Et zona chorus sanctorum et aurum per ignem probatum. Aliter *praemittit Am2 in mg.* 4 *post* sensus *add.* ita *Am2 s. l.*, sensus ita *α* 6 ipsum = τὸν αὐτόν nunc] nuntiat *A*, aliter nunc *Am2 in mg. dextro* 7 ọṛḅị protulit ‸orbi *A*, orbi protulit orbi *α* 9 gladius] Bis acutus commemoratus est *add. Am2 in mg.* 11 ut] Et ut id *add. Am2 in mg. dextro* 12 *post* ⌊mitte⌋re *add.* in terram *Am2 s. l.* 14 *post* ⌊intel⌋lexistis *add.* hec *Am2 s. l.* haec omnia *α* 15 aliter in regno dei *add. Am2 in mg. d.*

4 *[Vestitum tunica talari.]* in ueste [talari id est] sacerdotali carnem quae corrupta non est a morte et habet per passionem sacerdotium apertissime traditum. 1, 13 b *IV in* ϒ = *1 in* X

[Et praecinctus erat ad mamillas zona aurea.] mammae duo sunt testamenta et zona chorus sanctorum ut aurum per ignem probatum. aliter: 1, 13 c *V*ˣ *in* ϒ = *2 in* X : *Hieron. add.*

Zona aurea accinctus pectori: conflata conscientia et purus spiritalis sensus ita traditus est ecclesiis. *VI in* ϒ = *3 in* X

[Et ex ore illius gladius ex utraque parte acutus procedens.] per gladium bis acutum de ore ipsius emicantem ostenditur ipsum esse, qui et nunc euangelii bona et prius per Moysen legis notitiam uniuerso orbi protulit. sed quia ex eodem uerbo omne genus humanum tam ueteris quam noui testamenti uindicaturus est, ideo bis acutus commemoratus est. gladius enim militem armat, gladius hostem interficit, gladius desertorem punit. et ut ostenderet apostolis, quia iudicium adnuntiabat, ait: non ueni pacem mittere sed gladium. et postquam consummauerat parabolas, ait ad illos: intellexistis omnia? et dixerunt: ita. et adiecit: propterea omnis scriba doctus de regno dei similis est 1, 16 b *VII in* ϒ = *8 in* X

17 Matth. 10, 34 19 Matth. 13, 51. 52

1 uestitum . . talari *add.* X tunica *om. S* talare *F* uestitum, inquit, podere id est talari tunica id est sacerdotali 𝔅 *p. 56* talari id est *add.* X 2 non *om. g* ad mortem *S*𝔅 per *om. CB* 3 traditum] denotatum 𝔅 4 et . . aurea *add.* X mammae] mamillae eius *S* 5 et *om. F* zona aurea *S* *post* sanctorum *add.* est *S* ut] et *TAm2* 6 probatus *IK* 7 zonam auream ϒ accincta *S* conflatam conscientiam et purum spiritualemque indicat sensum qui tr. est eccl. *S* 9 Et ex . . procedens *add.* X illius] eius *M* ex (*alt.*) *om. I* 11 bona] uerbum *S*, donum *IK* 12 urbi *T*, orbe *F* 13 *ante* omne *add.* in *S* quam ueteris quam noui *T*, tam noui quam ueteris *IKS*𝔅 *p. 63* 14 uindicaturus *TDX*𝔅, iudicaturus *CB cum A* 16 *post* ostenderet *add.* saluator *I* *post* quia *add.* ad *T* 17 demonstrabat *F* *post* mittere *add.* in terram *DCB cum Vulg.* 18 et] at *IKM* consumma| *abhinc deest folium in cod. D usque ad p. 33, 16* longe parabolam *T* 19 haec omnia X𝔅 *cum Vulg.* et (*ante* dixerunt) *om. IKM* ita] etiam domine *F* (etiam *Vulg.*) et adiecit *om. CB* 20 de *TFM*, in *cet. cum Vulg.*

noua et uetera,|⌊nou⌋a: euangelica uerba, uetera: legis et prophe|⌊taru⌋m. haec de ore suo processisse Petro ait: |⌊u⌋ade ad mare et mitte hamum, et piscem qui|⌊p⌋rimus ascenderit, aperto ore eius inuenies|staterem — id est duos denarios — da pro me et|pro te. et Dauid similiter ait per spiritum: semel locutus|est deus, haec duo audiui, quia|semel decreuit ab initio dominus, quod usque|ad finem futurum est.|haec ergo sunt duo testamenta, quae pro captu|temporis aut duo denarii aut noua et uetera|aut gladius bis acutus nominatur.|denique cum iudex sit ipse a patre constitutus,|uolens ostendere, quoniam uerbo praedicati|onis iudicabuntur homines, ait: putatis,|quia ego uos iudicabo nouissima die? uerbum|quod uobis locutus sum, illud iudicabit in nouissima die. et Paulus contra Antichristum ad Tessalonicenses ait: quem dominus [fol. 3r] interficiet spiritu oris sui. hic est ergo gladius b⌊is a⌋|cutus, procedens de ore eius.|

5 1, 15b Vox eius tamquam uox aquarum multarum. aquae|multae populi esse intelleguntur, sed et donum baptis|mi, quod

2 Matth. 17, 26 6 Ps. 61, 12 13 Ioh. 12, 48 15 II Thess. 2, 8

6 $\overset{deus}{dominus}$ *A* 7 audiuimus *A* 8 haec ergo . . *l. 10* nominatur *om. Hieronymus* 9 denarii aut *scripsi*, denaria ut *Aα* 12 uos ego *αα* 14 in nouissima] aliter in nouissimo *Am2 in mg. dextro* 19 sed ^{et} donum *A*

patrifamilias proferenti de thesauro suo noua et uetera, noua: euangelica uerba, uetera: legis et prophetarum. et haec de ore suo processisse et Petro ait: uade ad mare et mitte hamum, et piscem qui primus ascenderit, aperto ore eius inuenies staterem — id est duos denarios — dabis pro me et pro te. et Dauid similiter per spiritum ait: semel locutus est deus, duo haec audiui, quia semel decreuit ab initio dominus, quod usque ad finem futurum est. denique cum iudex sit ipse a patre constitutus, uolens ostendere, quoniam uerbo praedicationis iudicabuntur homines, ait: putatis, quia ego uos iudicabo in nouissima die? sed uerbum quod uobis locutus sum, illud uos iudicabit in nouissima die. et Paulus contra Antichristum ad Tessalonicenses ait: quem dominus interficiet spiritu oris sui. (et Esaias: *spiritu,* inquit, *labiorum suorum interficiet impium.*) hic est ergo bis acutus gladius, procedens de ore eius.

5 Vox eius tamquam uox aquarum multarum. aquae multae populi esse intelleguntur. sed et donum baptismi, quod

1, 15 b *VIII in* ϒ = *7 in* Φ = *9 in S*

3 Matth. 17, 26 6 Ps. 61, 12 11 Ioh. 12, 48 14 II Thess. 2, 8 15 Esai. 11, 4

1 patrisfamilias *F,* homini patrif. *IKS* 2 *post* uerba *add.* apostolorum *S* et uetera *F* *post* prophetarum *add.* praecepta *S* hoc *F* 3 *post* processisse *add.* testatus est sed *S* et Petro] ad petro (ṽ *s.* o) *F* 4 amum *T* primus] prius *CB* *post* ascenderit *add.* tolle et *IKg cum Vulg.* 5 dabis *TFM*𝔅 *p. 64,* et dabis *IKS,* et da *CB* *post* dabis *add.* eis *I cum Vulg.* 6 pro (*alt.*) *om. CB* per sp. similiter *KM* 7 audiuimus *T* 8 dominus] deus *IS* quousque *F* fut. est usque ad finem *CB* 9 *post* constitutus *add.* propter hominis assumptionem *S* 10 *post* iudicabuntur *add.* omnes *IK* 11 *et* 13 in *om. T bis* nouissimo *S bis, F semel* (*om. alt., cf. notam ad l. 13*) *post* die *add.* non *S* 12 uerbo *T* *post* uerbum *add.* inquit *S* uobis *om. F* 13 in nou. die *om.* Φ *post* Paulus *add.* apostolus *e* de antichristo *S* *post* antichristum *add.* et *IK* 14 *post* dominus *add.* Iesus *IKMS,* ihs xps *F* 15 et Esaias . . impium *add. S* 17 et uox *S* uox (*ante* aquarum) *om. C,* uoces *F* 18 *post* multae *add.* multi *F* esse] huius *CB,* huius mundi *e* sed et] seu *S* quo demisit (dimisit *M*) *FM,* quod misit *IK*

emisit praecepto per apostolos diffundi | ad salutem hominum. |
1, 15 a pedes eius similes aurichalco tamquam in fornace | conflatos. apostolos dicit, quia per passionem conflati praedicauerunt uerbum eius; per quos enim ambulat praedicatio, merito pedes nominantur. unde propheta anticipauit dicendo: adoremus, ubi steterunt pedes eius, quoniam ubi illi primi steterunt et ecclesiam confirmauerunt, id est Iudeam, ibi omnes sancti conuenturi sunt et deum suum adoraturi.

6 1, 16 a Septem stellae in dexteram. diximus, quia spiritus sanctus septiformis uirtutis datus est in potestatem eius a patre. sicut Petrus ad Iudeos exclamauit: dextera igitur dei exaltatus acceptum a patre spiritum effudit, hunc quem uidistis et audistis. sed et Iohannes baptista anticipauerat discipulis suis dicendo: non enim de mensura dat spiritum. pater amat filium et omnia dedit in manu eius. istae sunt septem stellae.

7 1, 20 Septem autem ecclesiae, quas nominatim uocabulis suis

6 Ps. 131, 7 (*cf.* προσκυνήσωμεν *LXX cod. Alex.*) 11 Act. 2, 33 14 Ioh. 3, 34. 35

1 emisit *scripsi cum Hieronymo,* demisit *A* aliter emisit preceptum per apostolos diffunditur ad salutem hominum *Am2 in mg.* 2 auricalcho *A* 3 conflato *A* 4 ambulat] *cf. Ps.-Augustini homil. in Apoc. I* (*XXXV 2418 l. 18 M*) 6 adoremus] aliter adorauimus in loco *Am2 in mg., item psalmorum uersio in cod. Sangerman.* 9 diximus] *cf. p. 16, 8 sqq.* 12 exaltatus est *A* effundit *A* 13 aliter ui⌊detis et auditis⌋*Am2 in mg.* 14 de mensura *etc.*] aliter ad mensuram dat deus spiritum Ieso Christo *Am2 in mg.* 16 manu eius *scripsi cum Hieronymo,* manibus *A,* aliter in manu eius *Am2 in mg.*

emisit praecepto per apostolos diffundi ad salutem hominum. pedes eius similes aurichalco tamquam in fornace conflatos. (1, 15 a — *IX in* ϒ = *9 in* Φ = *7 in S*) apostolos dicit, qui per passiones conflati praedicauerunt uerbum eius; per quos enim ambulabat praedicatio, merito pedes nominantur. unde propheta anticipauit dicendo: adorauimus, ubi steterunt pedes eius, quoniam ubi illi primum steterunt et ecclesiam confirmauerunt, id est in Iudea, ibi omnes sancti conuenturi sunt et dominum suum adoraturi.

6 *[Et habebat in dextera sua stellas septem.]* stellae septem in dextera. (1, 16 a — X *in* ϒ = *10 in* X) dixit, quia spiritus sanctus septiformis uirtutis datus est in potestatem eius a patre, sicut Petrus ad Iudeos exclamauit: dextera dei exaltatus acceptum a patre spiritum effudit, hunc quem uidistis et audistis. sed et Iohannes baptista anticipauerat discipulis suis dicendo: non enim ad mensuram dat spiritum deus. pater amat filium et omnia dedit in manu eius. istae sunt septem stellae.

7 Septem ecclesiae, quas nominatim uocabulis suis uocat. 1, 20

6 Ps. 131, 7 12 Act. 2, 33 15 Ioh. 3, 34. 35

1 praecepta *T*, praeceptum *C*, *om. Bg* diffundi *scripsi cum A*, diffunditur ϒ, et diffunditur Φ, *om. S* *uerbis* diffundi . . . hominum *omissis post* apostolos *add.* dicens: ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti (*Matth. 28, 19*) *S* 2 auricalco *CBFI*, oricalco *S* in *om. CB* 3 conflato *IKS*, conflatum *FM* *post* conflato (*sic*) *add.* pedes *S* apostolus *TIKM* quia *FK* passionem *FS* *post* conflati *add.* in uniuersum orbem *S*, in uniuerso orbe *g* 4 ambulauit *S*, ambulat *F* 5 propheta] et propheta *S* 6 adorauimus *TC*, adoramus *B*, adorabimus (-uimus *F*) in loco X *post* eius *add.* dominum primum (*omisso* quoniam) *CB* 7 et *om.* ϒ 8 iudeā *F* ubi *CB* 9 Et . . septem *add.* X VII stellas *K* 10 stellas septem in d. *IKM*, in dextera eius stellas septem *S* 11 septēformis *F* potestate *S* 12 exaltatum *FM*, exaltatū ē *T* 13 uidistis et audistis Φ (*item Actorum cod. Cantabrig. lat. et Luxouiense lectionarium*), uidetis et auditis *TS cum Vulg.*, uidetis *CB* 15 deus spiritum *CBIK* 16 *post* pater *add.* inquit *S* manus *e* 17 ṣṭ *I*, sunt *ponit post* stellae *g*, *om. K* 18 nominatim *CB*, nominat in *TX* *post* nominatim *add.* in *CB* uocat] et uocat Φ, et uocat eas *S*

uocat, ad quas ⟨et⟩ epistolas facit, non quia illae solae ⟨sint⟩ ecclesiae aut principes, sed quia quod uni dicit, omnibus dicit; nihil enim differet, utrum quis uexillationi, paucorum militum numero, an per eam toto exercitu loquatur. denique siue in Asia siue in toto | [fol. 3v] ⌊orbe, s⌋eptem ecclesias omnes et septem nominatas unam esse catholicam Paulus docuit: primum quidem, ut seruaret ⟨ipse⟩ et ipsum, septem ecclesiarum non excessit numerum, sed scripsit ad Romanos, ad Corinthios, ad Ephesios, ad Tessalonicenses, ad Galatas, ad Philippenses, ad Colossenses; postea singularibus personis scripsit, ne excederet numerum septem ecclesiarum, et in breui contrahens praedicationem suam ait ad Timotheum: ut scias qualiter debeas conuersari in aede dei aut quae sit ecclesia uiui dei. hunc typum a spiritu sancto per Esaiam praedicari legimus de septem mulieribus, quae adprehenderunt homi-

12 I Tim. 3, 15 (aut quae = ἢ τίς *pro* ἥτις) 15 Esai. 4, 1

1 et *add. Am2* sint *add. Am2 in mg.* 3 differet *Am1*, differt *Am2* utrum] ut *Am2 in mg.* aliter ue⌊xillationem paucorum⌋ milium maiori numero anteponat *Am2 in mg.* 4 exercitu = exercitui 5 ecclesias esse omnes *A* (esse *add. m. rec.*) 7 aliter primo quod ut seruaret ipse *Am2 in mg.* ipso *addidi ex Hieronymo, om. A* et ipsum = et idem (καὶ τὸ αὐτό) 13 aede] aliter ecclesia *Am2 in mg. dextro*

ad quas et facit epistolas, non quia ipsae solae sint ecclesiae aut principes, sed ⟨quia⟩ quod uni dicit, omnibus dicit: nihil enim differt, ut quis uexillationem paucorum militum maiori numero anteponat [toto exercitui loquatur]. denique siue in Asia siue in toto orbe, septem ecclesias omnes esse et septenatim nominatas unam esse catholicam Paulus docuit: primum quidem, ut seruaret ipse et ipsum, septem ecclesiarum non excessit numerum, sed scripsit ad Romanos, ad Corinthios, ad Galatas, ad Ephesios, ad Tessalonicenses, ad Philippenses, ad Colossenses; postea singularibus personis scripsit, ne excederet modum septem ecclesiarum, et in breui contrahens praedicationem suam ad Timotheum ait: ut scias qualiter debeas conuersari in ecclesia dei uiui. hunc typum a spiritu sancto per Esaiam praedicari legimus de septem mulieribus, quae adprehenderunt hominem unum. unus autem homo

12 I Tim. 3, 15 15 Esai. 4, 1

1 et *om. g* fecit *FS* solae *om. CB* sunt *TIKMS* 2 quia *addidi ex Victorino, om. codd. Hieronymi* 3 differtur *TFS*, differunt *g* quis uex.] qui uix illationem *F*, ex illa ratione quis *S* militum] milium *B*, similium *S* maiore *F* 4 anteponat (-it *I*) maiori numero *IK* toto . . *l. 5* in Asia siue *F*, *om. cet.; ego* toto exercitui loquatur *uncis inclusi* 5 septem] septemnatim *S* esse et septenatim] septem esse *S* septenatim *T*, septinatim Φ, septem *CBS* 6 nominatas] numeratas *I* edocuit *I* primum quidem] primo quod *CB* 7 ipse] etiam ipse *S*, et ipse *g* et ipsum] typum *S*, et *om. I* septem *om. T* 8 numerus *F* 9 ad Phil. *om. KM* 10 *post* Col. *add.* ad hebreos *IKM; uarietatem traditi ordinis nominum epistularum conspicis in hac tabula:*

A	*TFS*	*CB*	*IKM*
Rom.	Rom.	Rom.	Rom.
Cor.	Cor.	Cor.	Cor.
Eph.	Gal.	Gal.	Gal.
Thess.	Eph.	Eph.	Eph.
Gal.	Thess.	Phil.	Thess.
Phil.	Phil.	Col.	Col. (*om. I*)
Col.	Col.	Thess.	Hebr.

11 modum] numerum *FS* in b. contr.] in hebraicā trahens *F* 12 ait] sic ait *S* 13 ecclesiam *TF* tipum Φ *post* typum *add.* et *S* a Υ, ab X per spiritum sanctum ab ysaia *IK* 14 p̄dicare *F* 15 p̄hen-derunt *F* hominem] uirum *IK cum Vulg.*

nem unum. unus autem homo Christus est, non ex semine natus. septem mulieres ecclesiae sunt, panem accipientes suum et tunicis suis uelatae, quae petunt auferri inproperium suum, ut inuocetur nomen illius super illas — 'panem' autem: spiritum sanctum, qui nutrit in uitam aeternam; ⟨'suum'⟩: per credulitatem sibi promissum. ut 'tunicas suas' id est sibi promissas, quibus cooperiri optant; denique ait Paulus: *oportet hanc fragilitatem inuiolantiam et mortale hoc uestiri inmortalitatem*: 'auferri inproperium suum': inproperium est peccatum pristinum quod aufertur in baptismo et incipit uocari homo Christianus, quod est: *inuocetur nomen tuum super nos*. in his ergo septem ecclesiis puta fieri de una ecclesia.

8 Pro qualitate fidei et electionis aut ad eos scripsit, qui et laborant in saeculo et operantur de frugalitate laboris sui et patientes sunt et, cum uideant quosdam homines in ecclesia

2 cf. Esai. 4, 1 8 I Cor. 15, 53 12 Esai. 4, 1 14 cf. Apoc. 2, 1—7

3 suum] aliter et cum eis sunt uelatae *Am2 in mg. d.* 4 nomen] aliter domini in illis *Am2 in mg. d.* 6 suum *addidi* 7 id est] stolas *add. Am2 in mg.* *post* cooperiri *add.* se *Am2 s. l.* optant] temptant *add. Am2 in mg. d.* 8 inuiolantiam *scripsi* (= ἀφθαρσίαν), inuiolentiam *A; Hieronymus maluit scribere* inuiolatum 11 et..homo *om. A; post* Christianus *add. Am2 in linea:* Et incipit uocari homo christianus 13 fieri *idem quod* agi ecclesia] septem et *add. Am2 in mg.*

Christus est, non ex semine natus. septem mulieres ecclesiae sunt, panem accipientes suum et tunicis suis uelatae, quae petunt auferri inproperium suum, ut inuocetur nomen domini in illis — ‘panem’: spiritum sanctum, qui nutrit in uitam aeternam; ‘suum’: sibi per credulitatem promissum, ut ‘tunicas suas’ id est sibi promissas, quibus cooperiri se optant, de quibus ait Paulus: oportet hanc fragilitatem uestiri inuiolatum et mortale hoc uestiri inmortalitatem; ‘auferri inproperium suum’: inproperium est peccatum pristinum quod aufertur in baptismo et incipit uocari homo Christianus, quod est: inuocetur nomen tuum super nos. in his ergo septem ecclesiis putes fieri de una ecclesia [septem].

8 Et pro qualitate fidei et electionis aut ad eos scripsit, qui et laborant in saeculo et operantur de frugalitate laborum suorum et patientes sunt et, cum uideant homines quosdam

2 cf. Esai. 4, 1 7 I Cor. 15, 53 11 Esai. 4, 1 14 cf. Apoc. 2. 1—7

1 *post* septem *add.* uero *Sg* *post* mulieres *add.* septem *IKMS* 2 tunicis suis] cum eis sunt *CB* 3 petunt] poscunt *S* ut . . *l. 4* illis] tantum ut nomen illius uocetur super illas *S* ut *om. F* uocetur *T* 4 *post* panem *add.* id est *I* *post* sanctum *add.* dicat *F* 5 suum *scripsi*, suam Υ, *om.* X sibi] sibi uidelicet *S* 6 promissum *IK cum A*, promissam Υ*FMS* ut *scripsi*, et *codd.* tunicas uero (*om.* ut) *S* sibi promissas] inmortalitatem promissam Φ, *om. S* quibus *IKS*, qui *T*, quae *CBM*, qua *F* 7 cooperire *F* *post* optant *add.* immortalitatis est gloria *S* quibus] qua *S* paulus ait apostolus *S* oportet] oportet et *CB*, oportet ergo *S* hanc . . . inuiolatum] corruptibile hoc (hoc corruptibile *IKM*, hoc corruptionem *F*) induere incorruptionem X *cum Vulg.* 8 inuiolatum *scripsi*, inuiolatam Υ uestiri (*alt.*)] induere X 9 inmortalitate *FCB* auferre *F*, auferri uero *S* *post* suum *add.* hoc est emundari se a peccatis *g* *post alt.* inprop. *add.* enim *S* 10 auferetur *TM* in] a Φ 11 incipiunt uocari homines christiani *S* 12 in his ergo . . . *p. 45, 6* in solio iudicii = *Beatus* (𝔅) *p. 79—84* putes . . electionis] unius ecclesiae catholicae fideles sunt quia una in septem pro qualitate (per qualitatem *g*) fidei et electionis est *Sg* putes *CB*, potest *T*Φ *post* fieri *add.* una et *K*, et *I* 13 septem *uncis inclusi* 14 Et *om. KS*, sed et 𝔅 dilectionis *IKM*𝔅, lectionis *F* aut *om. IKM*, siue *g* scribens *S* qui et] qui *S*, et qua *F* 15 et (*alt.*) *om. F* 16 cum] quam *F*

dissipatores et pestiferos, ne dispersio fiat, portant illos — admonet tamen eos de amore, in quo fides desit, ut agant paenitentiam —; aut ad eos qui locis crudelibus inhabitant inter persecutores et perseuerant esse fideles; aut ad eos qui humiliter instructi in fide fortiter perseuerant; aut ad eos qui sub praetextu misericordiae inlicita peccata in ecclesia inducendo docent alios ea facere; ⟨aut ad eos qui sunt in ecclesia faciles; aut ad eos qui neglegentes nomine tantum Christiani sunt;⟩ aut arguit eos qui student scripturas et laborant cognoscere arcana praedicationis et dei opus facere nolunt, id est misericordiam et amorem. omnibus paenitentiam denuntiat, omnibus iudicium adnuntiat.

CAP. II.

1 2, 2 In prima quidem epistola ait: scio laborem tuum et opera
⟨et patientia⟩m tuam — scio te et laborare et operari uideo et
2, 2. 3 patientem esse: ne putes me longe morari abs te —, et quia non potes portare malos, et qui se dicunt apostolos esse, inuenisti eos mendaces et patientiam habes propter nomen meum. haec uniuersa ad laudem spectant, et laudem non mediocrem. sed et tales uiros et talem classem talesque

3 cf. Apoc. 2, 8—11 4 cf. ibid. 3, 7—13 5 cf. ibid. 2. 12—17 7 cf ibid. 2, 18—29 8 cf. ibid. 3, 1—6 9 cf. ibid. 3, 14—22

1 aliter dispensatores et posteros *Am2 in mg.* 2 tantum *Am1,* tamen *m2 s l.* *post* amore *Am2 add. in mg.:* ut in ˌquibusˌ desit ut *om. Am1* 4 ut perseuerant [*sic!*] esse fideles *Am2 in mg.* aut ad eos . . *l. 5* perseuerant *hoc loco om. Hieronymus et posuit ante* aut arguit 6 inducendo] aliter faciunt *Am2 in mg. d.* 7 alios ea *scripsi,* aliud eos *A* aut ad eos . . . Christiani sunt *om. A* facere] Aut ad eos qui negligentes noie tm christiani sunt *add. Am2 in mg.* 9 scripturas] aliter scripturis *Am2 in mg. d.* 10 archana *Aa*α 14 opera tua *Am2 in mg. d.* opera et patientiam *scripsi,* operam *A* 15 Scito [*sic!*] te et *A; man. rec. haec uerba linea transuersa expunxit et in margine post* operari *addidit:* Scio te

in ecclesia dispensatores et pestiferos, ne dispersio fiat, portant — admonet tamen eos de amore, in quibus fides eorum deest, ut agant paenitentiam —; aut ad eos qui locis crudelibus inhabitant inter persecutores et perseuerant esse fideles; aut ad eos qui sub praetextu misericordiae inlicita peccata in ecclesia faciunt et aliis faciendo ostendunt; aut ad eos qui sunt in ecclesia faciles; aut ad eos qui neglegentes nomine tantum Christiani sunt; aut ad eos qui humiliter instructi in fide fortiter perseuerant; aut arguit eos qui student scripturis et laborant cognoscere arcana praedicationis et dei opus facere nolunt, id est misericordiam et amorem. omnibus paenitentiam denuntiat, omnibus iudicium adnuntiat.

CAP. II.

1 Et in prima quidem epistola ait: scio laborem tuum et 2, 2
opera et patientiam tuam — scio te laborare et operari,
uideo patientem te esse: ne putes me longe morari a te —, et 2, 2. 3
quia non potes portare malos, et qui se dicunt apostolos esse, inuenisti eos mendaces et patientiam habes propter nomen meum. haec uniuersa ad laudem spectant, et laudem non mediocrem. sed tales uiros et talem classem

3 cf. Apoc. 2, 8—11 4 cf. ibid. 2, 12—17 6 cf. ibid. 2, 18—29 7 cf. ibid. 3, 1—6 8 cf. ibid. 3, 7—13 9 cf. ibid. 3, 14—22

1 et pestif.] et posteros *CB*, praeposteros *e* dispensio *T*, dissensio *S*, dispensatio *IKM* portant] portant eos *F*𝔅 fidei *CB* 3 ut *ante* in quibus *ponunt CBS* in locis *S* 4 persecutiones *F* et . . fideles] ut perseuerent fideles *S*, perseuerantes esse fideles *IKM* 5 sub pretextum *T*, supra tectum *F* 6 faciant *F* et . . . ostendunt *om. CB* facienda *IKS*𝔅 aut . . . *l. 7* faciles *om. CB* 7 aut . . . *l. 8* sunt *om. IKM* 8 structi *CB* 9 fortiter *om.* Φ arguit *CB*, arguent *T*, ad X eos] illos *CB* 10 archana *CB*X opera *F* 11 id sunt *F* amorem] mortem *IKM* *post* omnibus *add.* atque *IK* 12 denuntians *CB*, adnuntiat *F*, annuntiat *I* 14 In prima enim (enim *om. g*) ep. sic ait *Sg* 15 laborare te *CB* 16 me *om. T* longe] *post lacunam denuo incipit cod. D*, *cf. notam ad p. 23, 18* 17 apostolos . . *l. 18* inuenisti] iudeos esse et non sunt et inuenisti *S*, *cf. Apoc.* 2, 9; 3, 9 18 eos] esse *IK* 19 expectant *TDS*, exspectant *F* 20 mediocriter *F* sed] et *g*

electionis homines oportet omnimodo admoneri, ne debitis
2, 4. 5 sibi bonis fraudentur. pauca dixit se habere aduersus illos: amorem tuum, inquit, pristinum deseruisti: memento, unde cecideris. qui cadit, [fol. 4ᵛ] de alto cadit; et ideo ait 'unde', quia omnimodo usque ad nouissimum amoris opera exercenda sunt, quod est principale mandatum. denique nisi
2, 5 fiat, minatus est mouere candelabrum de loco suo, id
2, 6 est spargere plebem. odire se autem opera Nicolaitarum. quia et ipse odio habebat: hoc ad laudem spectat. 'Nicolaitarum' autem 'opera': ante illud temporis factiosi homines ⟨et⟩ pestiferi nomine Nicolai ministri fecerant sibi heresim, ut delibatum exorcizaretur, ut manducari posset, et ut quicumque fornicatus esset, octaua die pacem acciperet. ideo conlaudat illos, ad quos scripsit, quibus talibus et tam magnis
2, 7 uiris promisit lignum uitae quod est in paradiso dei sui.

2 Sequens epistola sequentem conuersationem alterius classis
2, 9 et consuetudinis detegit. denique ait: scio uos et pauperes

2 cf. Apoc. 2, 14 6 cf. Matth. 22, 38

11 cf. Ioh. 12, 13 13 cf. Matth. 21, 8

1 fierent *om. A* dicit *om. A* 3 euangelium *scripsi*, euangelii *A* 4 doctrinam *A* adimplesset *scripsi*, adimplens et *A* 6 uerbum domini uerbum *A* 7 et *om. A* 8 optimi] obtulerunt *A* 10 Christo *A* 11 Christus *A*, spiritus sanctus *reliqui testes* 12 ueniret] uenire et *A* et *om. A* 13 in obuiam *A*, *cf. cod. Cantabrig. Ioh. 12, 13:* in obuiam eius = εἰς ὑπάντησιν αὐτοῦ 15 unum] *patres et prophetae unus ordo sunt eorum, qui praecisis ramis palmarum uiam sternebant, alter ordo non explicatur: a uero sensu aberrauit recensio Hieronymi*

7 Et cum haec fierent, cecidisse dicit uniuersos maiores 4, 10
natu et adorasse dominum. cum darent animalia 4, 9
gloriam et honorem: id est euangelia, actio scilicet domini et doctrina cum adimplesset ante per illos praenuntiatum uerbum. digne meritoque exultant scientes se rite uerbum domini ministrasse. denique et quia uenerat qui mortem deuinceret et coronam inmortalitatis solus dignus sumeret, omnes ⟨quotquot⟩ habebant pro gloria aliqua actus sui optimi coronas.
proiecerunt eas sub pedibus eius: id est propter emi- 4, 10c
nentem uictoriam Christi omnes uictorias sub pedibus eius. hoc et in euangelio suppleuit spiritus sanctus ostendendo — cum enim passurus nouissime ueniret Hierosolymis dominus noster et exisset illi populus in obuiam, alii praecisis ramis palmarum uiam sternebant, alii tunicas suas subiciebant —, duos scilicet populos ostendens, unum patrum et alium prophetarum, magnorum uirorum, qui quascumque habebant palmas uictoriarum suarum contra peccatum, uictori omnium Christo eas

12 cf. Ioh. 12, 13 13 cf. Matth. 21, 8

1 haec fierent] efficerent *F* dixit *M*, dicunt *F* dicit uniuersos] diuersos *CB* 2 cum] et cum *IK* *post* darent *add.* illi *g* 3 euangelia Υ*I*, euangelica *FMS*𝔅, euangelii *K* actio] actionem prophetiam *CB* 4 domini et doctrina] et doctrina domini *g* doctrinam *CBS* 5 uerbo *F* digno *TFM*, dignum *K* que] quo *F* exultant] exaltatum *IKM* sentientes *g* se rite *scripsi*, secreta *F*, secreta et Υ*MS*𝔅, se secreta et *IK* 6 et *om.* *T* quia uenerat] cum uenit *CB* deuinceret *scripsi*, distingueret *I*, disiungeret *cet.* 7 solum *CB* dignus *om.* *IKM* 8 quotquot *om.* *O* habebant *TX*, habentes *CB* aliquas Φ𝔅 optimas *IK*𝔅 *post* coronas *add.* et *IKMS*𝔅 9 eas Υ, coronas suas X 10 uictoriam] gloriam uictoriae *g*, gloriam uictoriam *codex Millanii* *post* uictorias *add.* suas proiecerunt *Millanius* 11 hoc .. suppleuit *om.* *F* et] est quod *S*, *om.* *IK* supplebit *S*, subpleuisse *IKM* spiritu sancto ostendente 𝔅 *p. 266* ostendo *T*, ostendit *IK* 12 enim *om.* *IKM* uenit *CB* Hierosolymos *e* 13 noster *om.* *I* illi *om.* *IK* in *om.* *BS*𝔅 14 *post* palmarum *add.* in *K* 15 ostendentes *g* patrum] patriarcharum *S*𝔅 et *om.* *g* 16 *post* magnorum *add.* scilicet *S* 17 suarum *om.* *CB*

iaciebant. palma autem idem significat, quoniam non datur nisi uictori.

CAP. V.

1 5, 1 Esse autem in manu sedentis super tribunal librum
scriptum deintus, signatum sigillis VII: uetus testa-
mentum significatur, quod est datum in manu domini nostri,
5, 2. 3 qui accepit a patre iudicium. praeco, inquit, praeconauit,
anne aliquis dignus esset aperire librum et soluere
sigilla eius, et nemo inuentus est dignus neque in
caelo neque in terra neque infra terram. aperire autem
testamentum pati et pro hominibus mortem deuincere est. hoc
dignus facere nemo est inuentus neque in angelis in caelo
neque in hominibus in terra neque inter animas sanctorum in
5, 6 requie, nisi solus Christus filius dei, quem dicit uidisse
agnum tamquam occisum, habentem cornua numero VII.
in illum erat praedicatum: quicquid per uarias oblationes et

1 iacebant *A* 4 sedenti *A* 5 deintus] *Victorini textus uerba Apoc. 5, 1* καὶ ὄπισθεν *non praebuit, sed solum* ἔσωθεν, *cui lectioni interpretatio respondet* 7 preconicauit *A* 8 anne aliquis *scripsi*, animali quis *A* 10 pati] *cf. p. 62, 10* 11 et *scripsi*, est *A* 15 VII] XII *A*

sub pedibus iactabant. palma autem et corona idem significat, quoniam non datur nisi uictori.

CAP. V.

1 *[Et uidi in dextera sedentis super tribunal librum* 5, 1
scriptum intus et foris signatum sigillis septem.] In
dextera autem sedentis super tribunal librum scriptum deintus et foris signatum sigillis septem: uetus testamentum significat, quod est datum in manibus domini nostri, qui accepit a patre iudicium.

Υ) Praeco, inquit, praeconauit, an aliquis dignus esset aperire librum et soluere signacula eius:

X) *Et uidi angelum forti-* 5, 2
tudinis plenum praeconantem uoce magna: quis est dignus aperire librum et soluere signacula eius?

et nemo inuentus est dignus neque in caelo neque 5, 3
in terra neque infra terram *(aperire librum)*. aperire autem sigilla est pro homine mortem deuincere. hoc dignus facere nemo est inuentus neque in angelis de caelo neque in hominibus in terra nec inter animas sanctorum in requie, nisi
solus Christus filius dei, quem dicit uidisse agnum tam- 5, 6
quam occisum, habentem cornua septem. quod enim erat tunc praedicatum et quicquid per uarias oblationes et sacri-

1 autem] *incipit post lacunam cod. D, cf. p. 51, 16* 2 quoniam] quae *g* dantur *g*, dabatur *I* 4 et uidi ... septem *add.* X 5 in .. septem *om.* X 7 deintus *T*, intus *DCB* *post* septem *add.* liber hic X 8 manu *F* domini] dei *e* *post* nostri *add.* Iesu Christi *S* 9 qui *om.* Υ 11 aliqui *T* p̃conantem *M*, personantem *IK*, praedicantem *FS cum Vulg.* 13 *post alt.* soluere *add.* VII *IK* 16 infra Υ, subtus *IKMS*, subter *g*, sub *F* terra *F* aperire librum *add.* *S* 17 autem *om.* Φ sigilla Υ, signacula Φ, librum *S* est] id est *IM* pro homine Υ, per hominem X 18 est *om.* *DCB* de *TIKMS*, in *DCBF* 19 terram *F* nec *TIKMS*, neque *DCBF* requiem *TI* 20 quem] quod autem Φ *post* uidisse *add.* se Φ *post* agnum *add.* stantem X 21 septem] .V. *T* enim] non *Ig* 22 tunc] ĩc *I* uarias] uanas *e*

sacrificia lex in illo meditata fuerat, ipsum implere oportebat. et quia ipse erat testator et mortem deuicerat, ipsum erat iustum constitui heredem ⟨a⟩ deo, ut possideret et substantiam
5, 5 morientis, id est membra humana. hunc dicit leonem de tribu Iuda uicisse [fol. 9v], radicem Dauid.

2 Leonem de tribu Iuda in Genesi legimus, ⟨ubi⟩ Iacob patriarcha ait: Iuda, te collaudant fratres tui: et dormisti et surrexisti tamquam leo et tamquam catulus leonis. ad deuincendam enim mortem leo dictus est, ad patiendum pro hominibus tamquam agnus ad occisionem adductus est. hic ergo aperit et resignat, quod ipse signauerat testamentum. hoc sciens et Moyses legislator, quod oportebat esse signatum et celatum usque aduentum passionis eius, uelauit faciem suam et sic est populo locutus, ostendens uelata esse uerba praedicationis usque aduentum temporis Christi. nam et ipsam legem cum legisset populo,

7 Gen. 49, 8. 9 10 Esai. 53, 7 (Act. 8, 32) 14 Ex. 34, 33

1 ipsum *scripsi*, ipsud *A*, *cf. Georges, Wortformen p. 364* 3 a *om. A* 6 ubi *om. A* 8 et tamquam *scripsi* (*cf. p. 52, 15*), etiam quam *A* 11 aductus *A* *enuntiatum* sed quia . . dictus est (*cf. p. 63, 13. 14*) *praebet cod. A infra p. 64, 9. 10* 12 Moysi *A*

ficia lex in illum meditata fuerat. ipsum implere oportebat. et quia ipse erat testator et mortem deuicerat, ipsum erat iustum constitui heredem a deo, ut possideret substantiam morientis, id est membra humana.

Y) Hunc dicit leonem de tribu Iuda uicisse, qui est radix Dauid.

X) *Ecce uicit leo de tribu Iuda, radix Dauid.* 5, 5

2 Leonem de tribu Iuda in Genesi legimus, ubi Iacob patriarcha
ait: Iuda, te laudant fratres tui: recubuisti et dormisti et surrexisti tamquam leo et tamquam catulus
leonis. ad deuincendam enim mortem leo dictus est, ad
patiendum pro hominibus tamquam agnus ad occisionem
adductus est. sed quia mortem deuicit et praeuenit carnificis officium, quasi occisus dictus est. hic ergo aperit et 5, 6
resignat, quod ipse signauerat testamentum. hoc fine et Moyses
legislator, quod oportebat esse signatum et celatum usque
ad aduentum passionis eius, uelauit faciem suam et sic
est populo locutus, ostendens uelata esse uerba praedicationis usque ad aduentum temporis. nam et ipse cum ⟨legem⟩

9 Gen. 49, 8. 9 12 Esai. 53, 7 (Act. 8, 32) 13 cf. Ioh. 19, 33 17 Ex. 34, 33

1 ipse *I* 2 et (*ante* mortem)] qui *S* 3 iustum] uictum *IK* instituí *K* a deo] domini *g* *post* substantiam *pergit cod. I:* ⟨sig⟩nificat (*cf. p. 69, 13*)*: desunt duae paginae folii* 5 hunc *scripsi* (*cf. notam lin. 8*), unum *TD*, unde *CB* 6 *post textum* ecce . . dauid *addunt* unum dicit leonem de tribu Iuda uicisse, qui est radix Dauid *FKM* 8 *ante* leonem *add.* hunc X genesin *T* ubi] ut *e* 9 laudant *TDKM*, laudabunt *CBFS cum Vulg.* recubasti *S* obdormisti *DCB*, *cf. Cypriani testim. I 21* 10 resurrexisti *DCB* 11 deuincendum *g* 12 *post* patiendum *add.* uero *S* hominibus] omnibus *F* 13 ductus *eKMg* sed . . dictus est *om. M* 14 quasi] qui *DCB* hic ergo] *incipit cod. H* hic ergo] hinc *H*, hic *KM*, item *F* et resignat *om. CB* 15 signat *D* signauerit *FM* hoc fine et *TDFKM*, hoc significans *S*, hoc Finees et *H*, ob hoc Finees et *CB* 16 legisdator *CB* 17 passionis *om. CB* sic ad populum locutus est *H* 18 uerba] dicta *H* 19 *post* temporis *add.* Christi *FKM*, eius *g* cum] tunc *CB* legem *addidi, om. O*

accepta lana sucida et sanguine uituli et aqua aspersit populum uniuersum dicens: hic est sanguis testamenti, de quo mandauit ad uos dominus. animaduertere oportet igitur hominem diligentem praedicationem uniuersam in unum cohaerere. nam nec sufficit legem illam dici, quoniam et testamentum nominatur. nulla lex testamentum dicitur nec testamentum aliud nominatur, nisi quod faciunt morituri; et quodcumque intrinsecus testati sunt, signata sunt usque ad diem mortis testatoris. sed quia mortem deuicit et praeuenit carnificis
5, 6 officium, quasi occisus est dictus. ideo merito modo resignatur [fol. 10r] per agnum occisum, qui tamquam leo confregit mortem et quae de se praenuntiata fuerant repleuit ⟨et hominem liberauit⟩, id est carnem de morte, et accepit possessionem substantiae morientis, id est membrorum humanorum; ⟨et⟩ sicut per unum corpus omnes homines debito mortis successerant, sic per unum corpus uniuersi credentes in uitam aeternam resurgent. modo ergo facies Moysi operitur, modo et reuelatur ideoque apocalypsis reuelatio dicitur, modo liber eius resignatur, modo hostiarum oblationes intelleguntur, modo sacerdotia et Christi mandata et fabricatio aedis ⟨et⟩ testimonia aperte intellegitur.

1 cf. Hebr. 9, 19 (Ex. 24, 8) 2 Hebr. 9, 20 9 cf. Ioh. 19, 33 13 *cf. p. 62, 4* 15 cf. I Cor. 15, 21 17 cf. Ex. 34, 33. 34

1 aquam *A* 10 idem *A* resignat *A* 12 et hom. lib. *om. A* 15 et *om. A* 16 sic] *cf. p. 54, 11* 17 operitur *scripsi*, aperitur *A* 20 Christi mandata] *cf. p. 74, 7* et *alt.*] *hanc uocem excipiebat* Christum, *quod uerbum postea litura est sublatum* edis *A* et *om. A* testimonia] *septem sigillis septem respondent interpretationes:* facies Moysi (*p. 62, 14*), liber eius (*p. 62, 16*), hostiarum oblationes (*p. 64, 1*), sacerdotia (*Moysi et Christi, p. 64, 1—3 et 10—14, cf. p. 66, 10*) Christi mandata (*p. 64, 3*), fabricatio aedis (*id est ecclesiae credentium p. 64, 16*), testimonia (*seniorum et euangelistarum p. 66, 1 sqq.*), *quae itidem septem numerantur* 21 intellegitur] *Victorinus more Graecorum numerum singularem posuit, cf. Roensch, Itala* [2] *p. 435*

legisset populo. accepta lana sucida et sanguine uituli et aqua aspersit populum uniuersum dicens: hic sanguis testamenti eius qui mundauit uos. animaduerti igitur oportet hominem diligenter praedicare et uniuersa in unum cohaerere. nam nec sufficit legem illam dici sed et testamentum nominata est. nulla lex testamentum uocatur nec testamentum aliud dicitur, nisi quod faciunt morituri; et quodcumque intrinsecus testamenti est, signatum est usque ad diem mortis testatoris. ideo modo merito resignatur per agnum occisum, qui tamquam leo confregit mortem et quae de eo pronuntiata fuerant repleuit et hominem liberauit, id est carnem de morte, et accepit possessionem substantiae morientis, id est membrorum humanorum, ut, sicut per unum corpus omnes homines debito mortis succiderant, per unum corpus uniuersi credentes renati in uita resurgerent. modo ergo facies Moysi aperitur et reuelatur ideoque apocalypsis reuelatio dicitur, modo liber eius resignatur, modo hostiae oblationis intelleguntur, modo sacerdotium, chrismae, fabricatio aedis, testimonia aperte intelleguntur.

1 cf. Hebr. 9, 19 (Ex. 24, 8) 2 Hebr. 9, 20 13 cf. I Cor. 15, 21

1 legis et *CB*, legis de *e* acceptam lanam sucinam (sucidam *D*, succidam *H*) et sanguinem uituli et aquam *TDFHM* 2 sparsit *KM* uniuerso populo *F* *post* hic *add.* est *Hg* 3 qui mundauit uos *TX*, quod (qui *D*) mandauit ad uos *DCB* igitur] ergo *e* 4 hominem (*scil. Moysen*)] homines *H* diligenter *om. F* in unum cohaerere] in mundo coercere *CB* 5 nec] non *g* et *om. DCB* 6 *post* nulla *add.* enim *S* 9 testatoris *om. CB* modo *om. F* merito resignatur] designatur moritura *CB* resignantur *H*, signatur *FS* 10 pronuntiata *TDHS*, praenuntiata *CBKM*, praedicata *F* 11 impleuit *HK* 12 substantiam *FHg* 13 ut *eS*, et *cet.* per unum] pro uno *F* omnes .. corpus *om. HKM* 14 debitum *CB* susceperant *DCB*, suae ceciderant *S* *post* succiderant *add.* ita *DCB* pro unum *F* *post* unum *add.* etiam *S* 15 uitam *Dm2FKMg* resurgent *eM* ergo] uero *F* *post* aperitur *add.* et creditur *B* 16 *post* modo *add.* enim *g* 17 ostias *F* oblationis ΥΦ*g*, oblationes *S* 18 sacerdotium ΥΦ, sacerdotum *S* chrismae *g*, chrysmae *T*, chrysme *DH*, chrisme *S*, chrismatis *K*, crismate *M*, crisma *F*, carisma *CB*, charisma *e* fabricatur *H* aedis Υ, sedis *FM*, sed in his *H*, sed et *KS* testimoniis *H*

3 5, 8. 9 XXIIII seniores et quattuor animalia citharas et fialas habentes, cantantes canticum nouum: ⟨coniuncta ueteris testamenti praedicatio cum nouo populum christianum ostendit cantantem canticum nouum⟩, id est confessionem suam publice proferentium [uidetur]. nouum est filium dei hominem fieri, nouum etiam eundem ab hominibus morti tradi, nouum tertia die resurgere, nouum cum corpore in caelis ascendere, nouum remissionem peccatorum hominibus dari, nouum spiritu sancto signari homines, nouum sacerdotium accipere obsecrationis et regnum expectare inmensae repromissionis. citharam enim extensam in ligno significabat corpus Christi passioni coniunctum [id est carnem Christi]. fialam autem confessionem et noui [fol. 10ᵛ] sacerdotii propa-
5, 11 ginem. angelorum multorum: immo omnium, uniuersae electionis domino nostro gratulationem referentium eliberationis hominum de clade mortis.

CAP. VI.

1 Resignatio sigillorum, ut diximus, apertio est ueteris testamenti praedicatorum et praenuntiatio in nouissimo tempore futurorum; quae licet scriptura prophetica per singula sigilla dicat, omnibus tamen simul apertis sigillis ordinem suum

2 *pars proxima a uerbis* coniuncta ueteris testamenti *usque ad uerba* de clade mortis (*lin. 16*) *exstat apud Beatum* (*p. 289 sq.*) 10 cf. Apoc. 1, 6. 5, 10 15 electionis] *cf. I Tim. 5, 21:* electis angelis angelos homines dicit, qui et filii dei dicuntur *Ps.-August. homil. IV (XXXV 2424 M)*

2 coniuncta . . *lin. 4* nouum *om. A propter homoeoteleuton* 5 uidetur *uncis inclusi* nouum *septies enumeratur* 12 coniunctam *A* *uerba* id est carnem Christi *uncis inclusi*, *cf. codd.* Υ 13 sacerdoti *A* 14 uniuersae *scripsi*, uniuersa *A* 15 electionis *scripsi*, electiones *A* domino] dono *A* gratulatio *A* eliberationis = ἐξελευθερώσεως 18 sigillorum] singulorum *A* est] et *A* 20 quae] quem *A*

3 Viginti quattuor seniores et quattuor animalia cithа- 5. 8. 9
ras et fialas habentes, cantantes canticum nouum: coniuncta ueteris testamenti praedicatio cum nouo populum christianum ostendit cantantem canticum nouum, id est confessionem suam publice conferentium. nouum est filium dei hominem fieri, nouum etiam eundem ab hominibus morti tradi, nouum die tertia resurgere, nouum cum corpore in caelis ascendere. nouum remissionem peccatorum hominibus dari, nouum spiritu sancto signari homines, nouum sacerdotium accipere sacrae obseruationis et regnum expectare inmensae repromissionis. cithara enim, chorda in ligno extensa, significat carnem Christi passionis ligno coniunctam. fiala
confessionem et noui sacerdotii propaginem. angelorum mul- 5. 11
torum: immo omnium, salus et testimonium et uniuersae creationis domino nostro referentium gratulationem liberationis hominum de clade mortis.

CAP. VI.

1 Resignatio sigillorum, ut diximus, apertio est ueteris testamenti et praedicatorum praenuntiatio in nouissimo tempore futurorum; quae licet scriptura prophetica per singula sigilla dicat, omnibus tamen simul apertis sigillis ordinem tamen

1 *post* uiginti *add.* autem *F* 2 *post* fialas *add.* aureas *K* *post* habentes *add.* et X 3 nouum: *DCB* populo *FKM* 4 ostendit] significat *S* cantantem *om. H*, cantantes *FK* 5 conferentem *CBS*, conferentes *K* 6 nouum etiam . . resurgere *praebet F*, *om. cet. et Beatus p. 289* 7 *post* nouum (*alt. et lin. 8. 9*) *add.* est *TX quater* *ante* cum *add.* eum *H* 8 in caelos *CBg*, ad celos *K*, in caelum *FH* 9 dare X nouum . . homines *om. S* sancto spiritu *Bg* signare *TΦ* 11 corda *TF* cordam i. l. extensam *Dm1CB* 12 *post* significat *add.* id est Υ 13 et] ex *DCB* propagine *CB* *post* propag. *add.* et *DCB* *post* angelorum *add.* aut *S*, autem *g* 14 *post* immo *add.* omnium laus *S* omnium] omnibus *TFM𝔅*, hominibus *H* (*item Beati cod. Burgensis*) salus = ἀσπασμός, salutatio salus et test. *om. DCB* 15 creationis] dominationis *D*, dominationes *CB* referentiae *T*, referentiam *D*, referent iam *CB* gratulationem] gratiarum actionem *CB* 19 pronuntiacio *H* 20 sigilla *S*, singula *T* (*bis*), *om. cet.* 21 dicant *TFHS*, dicit *CB* omnes simul sigillos apertos *K* tamen *alt. om. S*

6, 1. 2 habet praedicatio. nam aperto primo sigillo cum dicat se uidisse equum album et equitem coronatum habentem arcum — hoc enim in primo factum est —, postquam ascendit in caelis dominus noster, aperuit uniuersa et emisit spiritum sanctum, cuius uerba per praedicatores tamquam sagittae ad cor hominum pergerent et uincerent incredulitatem. corona autem est praedicatoribus super caput promissa per spiritum sanctum. ceteri tres equi: famem, ⟨bella⟩ et pestilentiam in euangelio dominus ostendens praedicata manifeste significat:
6, 1 ideoque ait: unum de animalibus, quia omnia quattuor unum sunt. ueni autem et uide: 'ueni' dicitur inuitato ad fidem et 'uide' dicitur ei qui non uidebat. ergo equus albus uerbum praedicationis cum spiritu sancto in orbem missum: ait enim dominus: praedicabitur hoc euangelium in toto orbe terrarum in testimonium omnibus gentibus [fol. 11r] et tunc ueniet finis.

1 *a uerbis* aperto primo sigillo *usque ad uerbum* magni *p. 71, 7 cf. Beatum p. 293* 8 cf. Apoc. 6, 5. 4. 8 14 Matth. 24, 14

1 aperte signo id est sigillo *A* 8 bella *om. A; infra (p. 70, l. 6) fames et bella memorantur* 9 manifeste *scripsi*, manifesta *A*

suum habet praedicatio. *[et uidi, cum aperuisset agnus* 6, 1. 2
unum de septem sigillis, audiui unum de quattuor
animalibus dicens: ueni et uide. et ecce equus albus
et qui sedebat in illo habens arcum.] nam aperto primo
sigillo dicit se uidisse equum album et equitem coronatum
habentem arcum; hoc enim in primo factum est. postquam
enim ascendit in caelo dominus et aperuit uniuersa, misit
spiritum sanctum, cuius uerba ⟨per⟩ praedicatores tamquam
sagittae ad cor humanum pergentes ut euincerent increduli-
tatem. corona autem super caput praedicatoribus est promissa
per spiritum sanctum. ceteri tres equi: bella, fames et pe-
stes in euangelio a domino nostro praedicatum manifestius
significat; ideoque ait unum de animalibus dixisse, quia omnia 6, 1
quattuor unum sunt. ueni et uide: 'ueni' dicitur inuitato
ad fidem, 'uide' dicitur ei qui non uidebat. ergo equus
albus uerbum est praedicationis cum spiritu sancto in orbem
missum; ait enim dominus: praedicabitur hoc euange-
lium per totum orbem terrarum in testimonium
omnibus gentibus et tunc ueniet finis.

11 cf. Apoc. 6, 4. 5. 8 17 Matth. 24, 14

1 et . . . habens arcum *add.* X uidi *om.* *S* 2 *post* sigillis *add.* uidi et *S* 4 in illum *S*, super illum *Hg* nam *om.* X apertum primum sigillum *F* 5 dicit *Dm2CBX*, cum dicat *T*𝔅 6 in primo *TD*, primo *CB*, in ipso Φ, in ipso (factum) in primo *S*, per ipsum primo *g* 7 caelo *TFM*, caelum *H*𝔅, caelos *DCBKS* 8 sanctum] suum *B* uerbo *FK*𝔅 per *addidi* praedicationis *CB* 9 corda *CB* humanum] hominum *DCB* pergentes] pertingentes *Dm2S* ut *om.* 𝔅 uincerent *DCBFH* 10 coronas *F* premissa *T* 11 pestes] pestilentias *g* 12 in *om.* *C* nostro *om.* *DCB* praedicata *CBg* 13 ⟨sig⟩nificat] *denuo incipit cod. I, cf. p. 63, 3* significant *CBS* omnia *om.* *IK* 14 quattuor *om.* *CB* inuitatas *F* 15 uidebat] audibat *T*, audiebat *HM* 16 cum] id est *IK* sp̄s sc̄s *T*Φ in orbem missum] misso in orbem *CB*, cucurrit per orbem *H* 17 missus *T*Φ*S* dominus *om.* *IKM* 19 omnibus] coram *CB*

2 6, 5 Equus autem niger famem significat; ait enim dominus: et erit fames per loca. proprie autem extendit se uerbum usque ad Antichristum, id est tempora, quando magna famis est futura quandoque et homines laedentur.

6, 4 Equus rufus et qui sedebat super illum habens gladium: bella sunt, quae futura significat, ut legimus in euangelio: surget enim gens aduersus gentem et regnum aduersus regnum et erit terrae motus magnus. hic est equus rufus.

2 Matth. 24, 7 7 Luc. 21, 10. 11

3 famis *A*, *cf. Georges, Wortformen p. 268* 5 ruffus *A* 6 significat *scripsi*, significant *A*

2 *[Et cum aperuisset signaculum secundum, audiui se-* 6,3.4
*quens animal dicens: ueni et uide. et exiit alter equus
rufus et sedenti super illum datus est gladius magnus.]*
Equus russeus et qui sedebat super eum habens gla-
dium: bella sunt significata futura, ut legimus in euangelio:
surget enim gens contra gentem et regnum aduersus
regnum et erunt terrae motus magni. hic est equus russeus.
[Et cum aperuisset signaculum tertium, audiui 6, 5
*tertium animal dicens: ueni et uide. et ecce equus niger
et qui sedebat in illo habens stateram in manu sua.]*
Equus autem niger famem significat; ait enim dominus: erunt
fames per loca. proprie autem extenditur uerbum usque ad
Antichristi tempora, quando magna fames est futura quandoque
omnes laedentur.

Statera in manu: libra examinis, in qua singulorum merita
ostenderet. ait dux: uinum et oleum ne laeseris, id est 6, 6
hominem spiritalem ne plagis percusseris. hic est equus niger.

15—17 *Hanc particulam Hieronymus ex Ticonii commentariis deprompsit, cuius longiorem expositionem Beatus p. 294 et 295 seruauit hunc in modum:* Equus niger famem significat intra ecclesiam spiritualem,

6 Luc. 21, 10. 11. 11 Matth. 24, 7

1 *recensiones Hieronymi et posteriorum secundum ordinem apocalypsis sectionem de equo rufo ponunt ante sectionem de equo nigro* Et cum ... magnus *add.* X sigillum *H𝔅 cum Vulg.* sequens] secundum *Hg𝔅 cum Vulg.* 2 exiit *HS𝔅*, ecce *FIKM* alter *om. IKM* equus alter *F* 3 data est gloria magna *K* 4 *post* equus *add.* quoque *H* russeus *TDm1*, roseus *CB𝔅*, rufus *cet.* eum] illum *H* 5 bella futura significant *g* 6 enim *om. IK* 7 *post* magni *add.* per loca *IKS cum Vulg.* hic] hinc *TFm1*, hi *H* est *om. TΦ* russeus *TDm1S*, roseus *CBIKg*, rufus *HM* 8 Et cum .. sua *add.* X 9 animal tertium *F* 10 in eo *g*, super illum *H* staterem *FK* 11 autem *om.* X erit *HIK* 12 extendunt *H* 13 quando] quoniam *e* magna *om. IK* est] erit *DIKM* futura] uentura *B* quamque *e* 14 omnes] homines *KM* 15 *post* statera *add.* autem X *post* examinis *add.* est *g* 16 ostenderet *TDm2eS*, ostenderit *Dm1CBM*, ostendet *I*, ostendat *H*, ostenduntur *K* dux *T*, duas *DCB*, dein *eg*, enim *HS𝔅*, enim dux *FIKM* ne] non *S* id est .. percusseris *om. F* 17 homines spirituales *IKM* spiritalem Υ, spiritualem (-es) *cet.* *post* est *add.* enim *F*

3 6, 8 Equus autem pallidus, et qui sedebat super illum nomen habebat mors. haec eadem quoque inter ceteras clades praedicauerat dominus: uenturas pestes et mortalitates. cum enim dicat: et infernum sequitur illum, id est ut dicat deuorationem animarum multarum impiarum. hic est equus pallidus.

4 6, 9 Animas autem occisorum uidisse sub ara id est sub terra. ⟨ara⟩ enim et caelum et terra dicuntur, sicut lex imaginaria ueritatis faciem meditata [ad] duas aras, auream intrinsecus ⟨et aeream extrinsecus⟩, fecerat. nos autem intellegimus aram caelum dici a domino nostro nobis testimonium perhi-

3 cf. Matth. 24, 7 7 *cf. Beatum p. 301* 9 cf. Ex. 30, 3 et 27, 2

4 infernum] *item p. 74, 11* illud *A* id est *ponit post* deuorationem *A* 8 ara *om. A* lex imaginaria = ὁ νόμος ὁ εἰκονικός 9 ad *uncis inclusi* 10 et aeream extrinsecus *om. A*

3 *[Et cum aperuisset signaculum quartum, audiui* 6,7.8
quartum animal dicens: ueni et uide. et ecce equus pallidus, et qui sedebat in illo nomen illi mors.] Equus autem pallidus, et qui sedebat super eum nomen habebat mors. haec eadem quoque inter ceteras clades praemiserat dominus: uenturas pestes magnas et mortalitates. cum enim dicat: et infernus sequitur illum, id est expectat deuorationem animarum multarum impiarum. hic est equus pallidus.

4 *[Et cum aperuisset quintum signaculum, uidi subtus* 6. 9
altare animas interfectorum.] Animas occisorum uidisse sub ara id est sub terra. ara enim et caelum et terra dicitur, sicut lex ait imaginaria, ueritatis faciem meditante, qui duas aras, auream intrinsecus et aeream extrinsecus, fecerat. nos autem intellegimus aram ita dici domino nostro nobis

et quod per malos praepositos uerbum praedicationis paruulis minime praebeatur ...... Proprie autem extenditur uerbum usque ad Antichristi tempus, quando grandis fames est futura, quando et omnes laedentur. statera autem in manu libra est examinis; in qua singulorum merita ostendet, id est iustitiae simulationem, cum foras ostendit quod intus non habet; ait enim: uinum et oleum ne laeseris. dum autem in medio animalium dicitur: ne laeseris, ostenditur illic intra ecclesiam esse simulationem sanctitatis, quae ecclesiam spiritualiter laedit, quia infirmas mentes ad suam sectam perducit; cui tamen dicit: ne laeseris, acsi dicat: hominem spiritualem ne plagis percusseris etc.

6 cf. Matth. 24, 7 14 cf. Ex. 30, 3 et 27, 2

1 Et cum . . mors *add.* X 2 pallidus equus *K* 4 autem *om.* Φ 5 promiserat *IKg*𝔅 (*p. 300*) 6 uentura *IK* 7 cum enim dicat *om. F*, quod enim dicit *IK* inferus *H*, *item cod. Amiatinus* sequitur Υ, sequebatur X *cum Vulg.* illum] eum *CBK* expectabat *BIKg* 10 Et cum . . interfectorum *add.* X sigillum *H cum Vulg.* sub altari *H* 11 *post* altare *add.* dei *HIKM* occisorum] interfectorum *FK* *post* interf. (occisorum *I*) *add.* dicit se *IK* *post* uidisse *add.* se narrat *S* 12 *post* ara (*pr.*) *add.* dei *S* terra (*alt.*)] terram *T* 13 faciem *scripsi*, factae *F*, facie *cet.* meditante Υ*FM*, mediante *IK et codex Millanii*, meditantes *S*, medietatem *H*; *post* meditante *supple* eo qui *TFHMS*, quae *cet.* 14 aureas *TD*Φ et aeream *S*, et *H*, *om. cet.* extrinsecus *om. DCBIKM* fecerat *ponit post* aras *S* 15 aram Φ𝔅, auream Υ, aram auream *S*, aram auream coelum *g* nobis *om. M*

bente; ait enim: ⟨cum offeres munus tuum⟩ ad aram — utique munera nostra orationes sunt quas efficere debemus — et ibi recordatus fueris habere aliquid fratrem tuum aduersus te, relinque ibi munus [fol. 11v] tuum: utique ad caelum ascendunt orationes. sicut ergo caelum intellegitur ara aurea, quae erat interior — nam et sacerdos semel introibat in templum in anno, qui habebat Christi mandatum, ad aram auream; significabat spiritum sanctum hoc esse facturum, id est quod passus est, semel factum est —, sic et aerea terra intellegitur, sub qua est infernum, remota a poenis et ignibus regio, requies sanctorum, in qua quidem uidentur ab impiis et audiuntur iusti, sed neque
6, 10 illi ad illos transire possunt. hos ergo tantos, id est animas occisorum, expectare uindictam sanguinis, id est corporis sui, de habitantibus super terram uoluit nos cognoscere qui omnia uidet. sed quoniam in nouissimo tempore et sanctorum remuneratio perpetua et impiorum uentura est damnatio, dictum est 'expectare'; et pro corporis sui solatio

1 Matth. 5, 23. 24; cf. Carm. adu. Marcion. IV 182—185:
Ara nitens auro caelum declarat in alto,
Quo sanctae subiere preces sine crimine missae.
Hanc aram dominus dixit, qua munera si quis
Offert, ut primum pacem cum fratre retractet.
6 cf. Ex. 30, 10 et Hebr. 9, 7 8 cf. Hebr. 9, 8 11 cf. Carm. adu. Marcion. IV 145 sq.:
Altior a tenebris, longe semotus ab igne,
Sub terra tamen, haec ara uocatur ahena.
12 cf. Luc. 16, 26

1 cum . . tuum *om.* *A* 2 utique] itaque *A* 3 recordatus fueris] recordare debemus si *A* 7 habebant *A* Christi mandatum] *cf. p. 64, 20* 8 spiritum sanctum] *scil.* spiritum sanctum in persona Christi, *cf. p. 8, 12—17* 10 Si cetera a terra *A; distinguendum est:* sic et eraa (*pro* aerea) terra 11 regio] regit *A* 18 *post* est *add.* autem *A* spectare *A*

testimonium perhibente; ait enim: cum offeres munus
tuum ad aram — utique munera nostra orationes sunt quae
offerimus — et ibi recordatus fueris habere aliquid fra-
trem tuum aduersum te. relinque ibi munus tuum ante
aram: utique ad caelum ascendunt orationes. si ergo caelum
intellegitur ara aurea quae erat interior — nam et sacerdotes
semel in anno introibant, qui habebant chrisma, ad aram auream.
significante spiritu sancto Christum hoc semel facturum —,
sicut ara aurea caelum agnoscitur. sic et ara aerea terra intel-
legitur, sub qua est infernus. remota a poenis et ignibus
regio et requies sanctorum, in qua quidem ab impiis uidentur
et audiuntur iusti, sed neque illic transuectari possunt. hos
ergo tantos, id est animas occisorum, expetere uindictam 6, 10
sanguinis, id est corporis sui, de habitantibus super
terram uoluit nos cognoscere qui omnia uidet. sed quia in
nouissimo tempore et sanctorum remuneratio perpetua et
impiorum uentura est damnatio, dictum est eis expectare;
et pro corporis sui solatio *[et datae sunt illis singulae* 6, 11

1 Matth. 5, 23. 24 6 cf. Ex. 30, 10 et Hebr. 9, 7 8 cf. Hebr. 9, 8 12 cf. Luc. 16, 26

1 offeres *TDFS*, offers *cet.* 2 ad] ante *F* munerans scās *F* orationes] oblationes Υ quae] quas *eg* quae off. or. sunt *IK* 3 quia frater tuus habet aliquid adu. te *IK cum Vulg.* aduersum te frater tuus *H* 5 aram] altare *FK cum Vulg.* ascendent *D* operationes *H* si *TDm1FIK𝔅*, sic *Dm2HM*, sicut *CB*, *om. S* 6 sacerdos *F* 7 introibat *Fm2* crisma *CFIM*, chrismam *T*, chorismum *H* 8 significantes *T* hoc *om. K* 9 Sičut (= sicut ut) *I* sicut . . agnoscitur *om. B𝔅* cognoscitur *H*, intelligitur *C* aerea] aurea *H* 10 qua] quam *T* remota . . ignibus] penarum et ignium *IK* a *om. DCB* 11 quidem *om. IK* 12 audiantur *F*, audientur *g* iusti] iniusti *I* sed] et *DCB𝔅* neque] nec *F*, non *g* illic *ΥKMS𝔅*, illuc *Heg*, illis *F* transme*ari *Dm2*, transmeare *CB cum Vulg.* hos] nos *e*, os *F* 13 ergo] enim *F* tantas *S*, tantum *𝔅*, cantus *IK*, sanctos *g* expectere *D*, expectare *𝔅* 14 id est *om. IKM* corpori *TF* 15 qui omnia] quoniam *H* uidet] iudicat *I* 16 et *pr. om. DCB*, etiam *g* 17 est uentura *g* expectate *CB𝔅* expectare et *om. I* 18 solatium *F* et datae . . . albae *add.* X *cum Vulg.* et *om. S* singulis *M* stolae albae singulis *F*

6. 11 acceperunt, inquit, stolas albas, id est donum spiritus sancti.

2 sancti] *finitur capituli Apocalypsis sexti explanatio Victorini. ne tota pagella uacaret, ad illustrandam Hieronymi recensionem, quae in aduersa pagina descripta est, hic addere placuit eos locos, quos Beatus ex Ticonii commentariis deprompsit* (*cf. rec. Hieron. VI 5*)*:*

In hoc (sexto) sigillo persecutio est [*p. 308*] nouissima .... Quod dicit factum solem tamquam cilicium, id est: incredulis obscurabitur splendor doctrinae. quod est sol, hoc est luna, hoc stellae, id est ecclesia; sed a toto pars intellegitur .... In nouissimo uero Antichristi aduentu, luna quod dicit facta est sanguis, ecclesia sanctorum ostenditur pro Christo sanguinem fundere. stellas quas dicit cadere, id est fideles perturbari.... [*p. 309*] Quemadmodum ficus agitata iactat grossos suos, id est ficos uanos, qui boni uidebantur et non erant..., tales sunt hypocritae et simulatores intra ecclesiam, qui in tempore pacis uni esse uidentur cum ecclesia. sed mox ut persecutionis tempus aduenerit, excutiuntur ab ecclesia ... Caelum semper ecclesiam intellegimus; quod terrae motu facto recedere ⟨dicit⟩, id est de medio fieri .... [*p. 310*] Caelum et montes et insulae, hoc totum unam ecclesiam dixit, facta nouissima persecutione Antichristi omnem de loco suo recessisse. sed potest in utramque partem conuenire, id est in bonos et malos, quia bona pars mouebitur de loco suo fugiens et mala pars mouebitur de loco suo, id est perdet gratiam...

stolae albae] acceperunt, inquit, stolas albas, id est 6, 11
donum spiritus sancti.

5 *[Et uidi, cum aperuisset signum sextum: terrae* 6, 12
motus factus est magnus.] Sextum sigillum: factus est
terrae motus magnus: ipsa est nouissima persecutio.

[Et factus est sol niger tamquam cilicium.] Sol fit ut
saccus: incredulis obscurabitur splendor doctrinae.

[Et luna tota facta est sanguis.] Luna sanguinea: eccle-
sia sanctorum ostenditur pro Christo sanguinem fundere.

[Et stellae ceciderunt in terram.] Stellas cadere: fideles 6, 13
turbari. *[quemadmodum ficus iactat grossos suos.]* agitata
ficus amittit grossos: per persecutionem homines ab ecclesia
separari.

[Et caelum recessit acsi liber qui inuoluitur.] Caelum 6, 14
inuolui: ecclesia de medio fit. *(et omnis mons et in-
sulae de locis suis motae sunt.)* et mons et insulae de

77, 3—79, 2] *hanc sectionem ex Ticonii commentariis depromptam addunt Hieronymi et posteriorum recensiones*

3 Et .. magnus *add.* X signum *FM*, signaculum *HIK*, sigillum *S* et ecce terrae motus magnus *I* 4 sextum sigillum Υ, in sexto sigillo X est *alt. om. g* 5 ipse *S* *post* est *add.* illa *S* pers. nou. *CB* 6 Et .. cilicium *add.* X cilicium Φ𝔅, saccus cilicinus *S* Sol .. saccus *om.* Φ ut *om. T* 7 *post* saccus *add.* id est X splend. doct. obsc. *CB* 8 Et .. sanguis *add.* X tota *om. H* *post* est *add.* sicut *HI*, ut *g* Luna sanguinea *om.* Φ 9 qui pro Christo sanguinem fuderunt *H* fundens *IKM* 10 Et .. in terram *add.* X stellas cadere *TD*𝔅, stellas eiusdem *CB*, stellarum casus *FHKMS*, stellarum casus signat *I* 11 perturbari Φ𝔅, pro Christo turbari *S* quemadmodum .. suos *add.* X 12 *post* grossos *add.* suos X per persecutionem *IS*, persecutionem *TH*, persecutione *cet.* 13 separari] quando (per) pers. hom. ab eccl. separantur X 14 Et .. inuoluitur *add.* X acsi] quasi *HI*, ut *K* 15 inuolui] inuoluitur *IK* *post* inuolui *add.* id est *FHMS* ecclesiam *S*, ab ecclesia *H* fiet *S* *post* fit *codd. FHM propter foliorum in archetypo transpositionem statim transeunt ad uersum c. XI u. 1:* Et data est mihi harundo et .. sunt *add. S cum Vulg.* 16 et *pr. om. S* mons] montes *IK* insula *T*

De Victorini editione conferantur quae ad pag. 76, 2 adnotauimus. pagellae albae utimur opportunitate, ut sectionem 6 textus Hieronymiani, quae in aduersa pagina lin. 7—13 legitur, ab Hippolyto originem ducere doceamus; nam Hippolyti capita contra Caium, quorum fragmenta apud Dionysium Bar-Salibi exstant, haec exhibent uerba e lingua Syrorum in nostram Germanorum uersa: Nicht von den Engeln sagt er, daß sie zum Kriege kommen, sondern daß vier Völker sich von der Gegend am Euphrat aufmachen und über die Erde kommen und die Menschheit bekriegen. Daß er aber sagt 'vier Engel', ist den Schriften nicht unbekannt; (denn) Mose sagt: Als er die Menschenkinder zerstreute, errichtete er die Grenze der Völker nach der Zahl der Engel Gottes. Indem also die Völker den Engeln übergeben wurden und ein jedes Volk je einem Engel zufiel, so hat Johannes recht, wenn er in der Offenbarung sagt: Löse diese vier Engel, welches sind die Perser, die Meder, die Babylonier und die Assyrer. Da nämlich jene Engel, die den Völkern zuerteilt wurden, nicht den Befehl haben, die ihnen Zuerteilten aufzureizen, so ist damit eine gewisse Gebundenheit durch die Macht des Wortes ausgedrückt, welches sie zurückhält, bis der Tag kommen und der Herr des Alls befehlen wird. Und dies geschieht, wenn der Antichrist kommt. (Hippolytus Werke, herausgegeben von Bonwetsch und Achelis, erster Band, zweite Hälfte, Leipzig 1897, S. 243). *Hieronymum autem uidemus loci ex Deut. 32, 8 hic laudati alibi similiter mentionem facere, cf. in Danielem librum c. 7:* Quattuor uentos caeli quattuor arbitror angelicas potestates, quibus principalia regna commissa sunt, iuxta illud quod in Deuteronomio legimus: quando diuidebat altissimus gentes, quando separabat filios Adam, constituit terminos populorum iuxta numerum angelorum dei (*XXV 527. 528 M; praeterea cf. ibid. 267 B, 420 A, 555 C, 1206 C*).

Ad lin. 9—13 cf. Commodiani carm. apolog. u. 891 sq.:

Exurget iterum in istius clade Neronis
Rex ad orientem cum quattuor gentibus inde.

Quae leguntur in Hieronymi recensione VI 7, conferantur cum uerbis Primasii, Comment. in Apocal. III (LXVIII 851 M): Quos ante singulatim nominauerat, nunc in unitate consociat: stantes ante thronum et in conspectu agni et erant amicti stolis albis et palmae fuerunt in manibus eorum .... stolis baptismum, palmis triumphum crucis insinuat.

locis suis motae: nouissima persecutione omnes recessisse de suis locis: id est boni mouebuntur persecutionem fugientes.

6 *[Post haec audiui unum ex quattuor cornibus altaris aurei* 9, 13. 14: cf. 7, 1
quod est in conspectu dei dicens angelo qui habebat tubam: *I in ϒΦ = capitis IX u. 13.*
solue quattuor angelos stantes in quattuor angulos terrae, *14 expositio in S (V 332 M)*
tenentes quattuor uentos qui ligati sunt apud flumen magnum
Eufraten.] Quattuor angelos per quattuor angulos 7, 1
terrae siue quattuor uentos trans Eufraten flumen: 9, 14
gentes sunt quattuor. quia omni genti a deo deputatus est angelus, sicut lex dicit: statuit eos per numerum angelorum dei. donec sanctorum compleatur numerus, suos non egrediuntur terminos. quia in nouissimo cum Antichristo uenient.

7 *[Post haec uidi: et ecce turba multa, quam dinumerare nullus* 7, 9
poterat, ex omni gente et tribu et populis et linguis amicti stolas *II in ϒΦ = capitis VII u. 9 expositio in S (V 331 M)*

10 Deut. 32, 8

1 *post* motae *add.* sunt *I* *post* nouissima *TD* (persecutio *add. Dm2*), nouissimam *CB*, Nouïssima persecutio *IK transitur ad uerba:* arundinem similem uirgae *etc.* (Et data est mihi harundo *etc. add. IK*) *id est ad capitis XI u. 1 expositionem; huius autem loci id est capitis VII u. 1 interpretationem post caput XII u. 5 a continuari ex apparatu critico apparet, qui illic exstat* nouissima . . fugientes *praebet S bis: hoc loco et cap. XII u. 5 a* *Sequuntur tria additamenta Hieronymi* (ϒ), *quorum ordo in recensione* Φ *ita seruatur, ut textus apocalypsis accedat, in recensione mixta S mutatur, ut primum capiti IX u. 13 et 14, alterum cap. VII u. 9, tertium cap. VIII u. 1 adiungatur* 3 Post haec . . . Eufraten *add.* X Post haec] et *S cum Vulg.* unum] uocem unam *g cum Vulg.* 4 dicens] dicentem sexto *g cum Vulg.* 5 stantes in] id est *g* angulis *IK* 6 ad fluuium magnum Euphratem *g* 7 quattuor angelos *om.* X angeli *CB* 8 uenti *CB* flumen *DHIKM*, flumine *TFS*, fluuium *CBg* 9 *post* sunt quattuor *add.* quattuor uero *IKM* genti] generi *I* a deo *om. HS* 10 lex *om. CB* eos] terminos gentium *I, cf. Vulg.* super numeros *CB* 11 expleatur *g* 12 egredientur *IKM* 13 ueniunt *MS*, ueniant *F* 14 Post . . . albas *add.* X uidi turbam magnam *HK cum Vulg.* et ecce turbam magna *I* nullus] nemo *Mg cum Vulg.* 15 ex omnibus gentibus et populis *H* amictis *FM* stolas albas *F*, stolis albis *cet. cum Vulg.*

De Victorini editione, quod attinet ad cap. VI, conferantur quae ad pag. 76, 2 adnotauimus. recensionis Hieronymi cap. VI sect. 8, quae in aduersa pagina lin. 6—9 repraesentatur, ex Ticonii commentariis deprompta exstat in Ps.-Augustini homil. in Apocal. VI (XXXV 2427. 2428 bis M), apud Primasium (LXVIII 854 M), apud Beatum p. 357.

CAP. VII.

7, 2 Angelum autem descendentem ab oriente sole: Heliam prophetam dicit, qui anticipaturus est tempora Antichristi ad restituendas ecclesias et stabiliendas ab intolerabili persecutione. haec in apertione libri et ueteris testamenti et nouae praedicationis legimus; ait enim dominus per Malachiam: ecce ego mitto uobis Heliam Thesbiten, conuertere corda patrum ad

6 Mal. 4, 5. 6

5 apertione] perditione *A* nouae *scripsi*, noui *A* 6 mitto = ἀποστέλλω *LXX*

albas.] Quod autem dicit: turba multa ex omni tribu, ex 7, 9
omnibus credentibus electorum numerum ostendit, qui per 7, 14
sanguinem agni — baptismo purgati — suas stolas fecerunt candidas, seruantes gratiam quam acceperunt.

8 *[Et cum aperuisset signaculum septimum, factum est silentium* 8, 1
in caelo fere medium horae.] Septimo aperto sigillo silentium fit in caelo semihora: initium est quietis aeternae; sed partem intellexit, quia interrupto silentio eadem per ordinem repetit. nam si esset iuge silentium, hic finis narrandi fieret.

III in ΥΦ = capitis VIII u. 1 expositio in S (V 331. 332 M)

CAP. VII. 7, 2

[Et uidi angelum ascendentem a solis ortu, habentem signaculum dei uiui.] Angelum autem ascendentem ab oriente sole: Heliam prophetam dicit, qui anticipaturus est tempora Antichristi ad restituendas ecclesias et stabiliendas a magna et intolerabili persecutione. haec in apertione libri et ueteris testamenti et noui praedicata legimus; ait enim dominus per Malachiam: ecce ego mittam uobis Heliam Thesbiten,

17 Mal. 4, 5. 6

1 autem *om.* X dicitur *IK* turbam *I* multa] magna *K* ex omnibus tribubus *H* et ex omnibus *FH* ex omnibus *om. CB* 2 credentibus] gentibus *F* in sanguine *S cum Vulg.* 3 per baptismum *S* 5 Et . . horae *add.* X sigillum *K cum Vulg.* silentium . . horae *om. S* 6 fere] quasi *H cum Vulg.* medium *F*, medio *K*, dimidium *M* dimidia hora *H*, media hora *I cum Vulg.* Septimo . . sigillo *om. S* aperto] autem *B* 7 semihora] seniora *F*, media ferme hora *g* *post* semihora *add.* semihora *CB*, *add.* per quod significatur X est *om.* X 8 interruptio *e* silentio *om. DCB* eandem *C*, eam *g* 9 repetiuit *IK* hic] id *F* 11 Et . . uiui *add.* X *post* uidi *add.* alterum *g cum Vulg.* ab ortu solis *H1K cum Vulg.*, *om. F* signum *FH cum Vulg.* 12 Angelum . . sole *om.* X 13 solo *Dm1*, solum *CB* est] erit *I*, erat *KM*, *om. CB* 14 a *om. FH* 15 intollerabili *IKM* haec . . . legimus] quae in libris et ueteris et noui testamenti praedicta legitur *IK* apertione] appetitione *F* librorum *e* et (*ante* ueteris) *om. CBg* 16 noua *F* dominus *om. g* 17 malachim *T*, malitiam *F* mitto *FIK* tesbiten *TF*, prophetam *I*

filios et cor hominis ad proximum suum, id est ad Christum per paenitentiam; [fol. 12r] 'conuertere corda patrum ad filios': secundum tempus uocationis Iudeos ad sequentis populi fidem reuocare. et ideo ostendit etiam numerum ex Iudeis crediturum et ex gentibus magnam multitudinem.

CAP. VIII.

1 Mitti autem de caelo orationes ecclesiae ab angelo et suscipi eas et contra effundi iram et scotomari regnum Antichristi per angelos sanctos et in euangelio legimus; ait enim: orate, ne incidatis in temptationem. erit enim angustia magna, qualis non fuit ab initio nec ab origine mundi, et nisi dominus breuiasset dies illos, non esset salua ulla caro super terram. hos ergo archangelos magnos VII ad percutiendum regnum Antichristi mittet. nam et ipse dominus dixit in euangelio: tunc filius hominis mittet nuntios suos et colligent electos eius de IIII uentis a finibus caeli usque ad fines eius. et ante ait: tunc

5 cf. Apoc. 7, 4—9 7 cf. ibid. 8, 3 sqq. 8 cf. ibid. 8, 6 sqq. 10 Matth. 26, 41 (= Marc. 14, 38; Luc. 22, 46) Matth. 24, 21. 22 cf. Marc. 13, 19. 20 15 Matth. 24, 31 17 Mich. 5, 5. 6

3 ad sequentis] adsequentis *A* 8 effudit *A* scotomari *scripsi*, percuti *A*, *cf. quod subsequitur lin. 14:* ad percutiendum regnum 9 ait enim], enim ait *A* 16 colligent *scripsi*, colliget *A* = ἐπισυνάξει, *cui lectioni non desunt testes*

conuertere corda patrum ad filios et cor hominis ad proximum suum, id est ad Christum per paenitentiam; 'conuertere corda patrum ad filios': secundum tempus uocationis Iudeos ad sequentis populi fidem reuocare. et ideo ostendit etiam, ut diximus, numerum ex Iudeis crediturum et ex gentibus magnam multitudinem.

CAP. VIII.

1 Mitti etiam de caelo orationes ecclesiae ab angelo et suscipi illas et contra iram effundi et scotomari regnum Antichristi per angelos sanctos in euangelio legimus; ait enim: orate, ne incidatis in temptationem. erit enim angustia magna, qualis non fuit ab origine mundi, et nisi adbreuiasset dominus dies illos, non esset salua omnis caro. hos ergo archangelos magnos septem ad percutiendum regnum Antichristi mittet. nam et ipse ita dixit: tunc mittet filius hominis nuntios suos et colligent electos eius de quattuor angulis uenti a finibus caeli usque ad fines eius.

5 cf. Apoc. 7, 4—9 8 cf. ibid. 8, 3 sqq. 9 cf. ibid. 8, 6 sqq. 10 Matth. 26, 41 (= Marc. 14, 38; Luc. 22, 46) 11 Matth. 24, 21. 22, cf. Marc. 13, 19. 20 15 Matth. 24, 31

1 et cor .. ad filios *om. g propter homoeoteleuton* 2 proximum] proprium *H* 4 et *om. DCB* 5 etiam *om. g* ut diximus (*quae uerba sunt Hieronymi interpolatio*) *om. CB*, maximus *T* ex Iudeis *om. I* crediturorum *S*, creditorum *H* et *om. FHI* 6 *post* multitudinem *add.* quam nemo poterat dinumerare *S* 8 mittit *H* etiam *om. T* in caelum *e* 9 illos *Fg* ira *T*, ire *F* scotomari (*deriuatum a Graeco* σκότωμα) *TH*, stotomari *Dm1*, scuto mare *M*, scomari *CBm1*, scopari *Bm2e*, estimari *S*, substernari *Im1K*, substerni *Im2*, totum maro *F*, per totum *Dm2* 10 *post* sanctos *add.* ut *K* legimus per angelos in euangelio *I* 11 intretis *IS cum Vulg.* temptatione *T*, temptationibus *F* 13 esset] fieret *H cum Vulg.* 14 magnos] malos *CB* regnum Antichristi] antichristum *DCB* 15 mittet *FS*, mittit *YIKM*, missurus est *H* 16 colligant *D* a quattuor uentis *H cum Vulg.* 17 angulos *TIS* finibus] summis *IKM cum Vulg.* caeli] eius *CB* eius] terrae *H*

erit pax terrae, cum surrexerint in ea VII pastores et octo morsus ⟨hominum⟩ et indagabunt Assur — id est Antichristum — in fossam Nebroth: in damnationem diaboli. et Ecclesiastes similiter dixit: cum commoti fuerint custodes domus. ipse autem dominus sic ait: cum uenissent ad eum operarii et dixerunt ei: domine, nonne bonum semen seminasti in tuo agro? unde ergo ibi lolium? respondit eis: inimicus hoc fecit. qui dixerunt: uis imus eradicamus illud? dicit eis: non, sinite utraque ut crescant usque ad messem, et in tempore, inquit, dicam messoribus |fol. 12v| colligere lolium et in ignem mitti, triticum autem in horrea recondere. hos messores et operarios hic apocalypsis archangelos esse ostendit.

2 'Tuba' autem uerbum est potestatis; et licet repetat per 'fialas', non quasi factum esse dicat, sed quoniam semel, quod

4 Eccle. 12, 3 5 Matth. 13, 27—30 14 cf. Apoc. 8, 6 15 cf. ibid. 15, 7

2 hominum *om. A* indagabunt *respondere uidetur uerbo* πημανοῦσιν *pro* ποιμανοῦσιν *LXX* (pascent *Vulg.*) 11 lolium *Am2*, illum *Am1* 15 non] *scil.* repetit factum *oppositum est sequenti* futurum („nicht als ob er sagte, daß es schon geschehen sei")

et ante ait per prophetam: tunc erit pax terrae nostrae, cum surrexerint in ea septem pastores et octo morsus hominum et indagabunt Assur — hoc est Antichristum — in fossa Nebroth: in damnatione diaboli. Ecclesiastes similiter: cum moti fuerint custodes domus. ipse autem dominus in parabola ad apostolos sic ait: cum uenissent ad eum operarii et dixissent: domine, nonne bonum semen seminasti in agro? unde ergo ibi lolium? respondit eis: inimicus hoc fecit. cui dixerunt: uis ibimus et eradicabimus illud? qui ait: non, sed sinite utraque crescere usque ad messem, et in tempore dicam messoribus colligere lolium et facere manipulos et cremare igni aeterno, triticum autem colligere in horrea mea. hos messores et pastores et operarios hic apocalypsis ostendit esse angelos.

2 'Tuba' autem uerbum est potestatis; et licet repetat per 'fialas', non quasi bis factum dicit, sed quoniam semel futurum

1 Mich. 5, 5. 6 4 Eccle. 12, 3 6 Matth. 13, 27—30 16 cf. Apoc. 8, 6 17 cf. ibid. 15, 7

1 et . . prophetam *om. I* et] nam et *S* terrae nostrae *THMS*, nostrae terrae *I*, nostrae *K*, terrae uestrae *DCB*, *cf. Beatum p. 502:* et erit iste pax, Assyrius cum uenerit in terram uestram (= ὑμῶν *LXX*, *at* nostram *Vulg. et Hieron. in Mich. c. 5, XXV 1200 M*) 2 resurrexerint *D* octo] .VII. *IK* 3 indicabunt *F* assyr *T* hoc] id *S* 4 nebroth *DM*, nembroth *S*, nemroth *H*, nebroch *T*, nembroch *B*, m̃broth *C*, memroth *F*, menroht *K*, mẽroch *I*, Nambrot *e* in damnatione] id est in natione *g* *post* damnatione *add.* uidelicet *S* ecclesiastes *F*, ecclesiae spiritus *TDCHIMS*, ecclesiae spiritu *g*, ecclesiae sp̃c *BK*, ecclesiae specie *e* cum moti] commoti *Fe*, cum mortui *H*, cum noti *IK* 5 domorum *IK* autem *om. T* dominus *om. CB* 6 sic ait *om. IKg*, sicut *F* 7 semen *om. D* 8 *post* agro *add.* tuo *HS cum Vulg.* eis *om. HIKM* 9 *post* inimicus *add.* homo *eFHIKS cum Vulg.* dixit *T* uis ibimus *TFHMS*, uis imus *IK cum Vulg.*, uenimus *DCB* et *om. S* eradicamus *TK*, colligimus *I cum Vulg.* (*in marg.:* eradicamus) 10 illud] ea *I*, illa *I* (*in marg.*) *K*, illam *TFHM*, illum *D* utrasque *T* 11 *post* tempore *add.* messis *CBHIKMS* 12 colligite *HIK* facite *HIK* 13 cremari *CB*, cremate *HIK* igne *I*, in igne *H* colligite *IK*, congregate *H cum Vulg.* 14 orrea *TFI* mea *om. IK* *post* hos *add.* igitur *S* apocalipsin *F* 17 *post* fialas *add.* sed Φ *post* non *add.* tamen *g* dicitur *S*

futurum est ad eos, decretum est eis ut fiat, ideo bis dicitur. quicquid igitur in tubis minus dixit, id in fialis propensius dixit. nec aspiciendus est ordo dictorum. quoniam septiformis spiritus sanctus, ubi ad nouissimum temporis finemque percucurrit, redit rursus ad eadem tempora et supplet quae minus dixit. nec requirendus est ordo in apocalypsi, sed intellectus requirendus; est enim et pseudoprophetia. sunt igitur scripta quae sunt in tubis et in fialis aut plagarum orbi missarum clades[1]) aut ipsius Antichristi insania[2]) aut populorum detractatio[3]) aut plagarum differentia[4]) aut spes in regno sanctorum[5]) aut ruina ciuitatum[6]) aut ruina Babylonis, id est ciuitatis Romanae[7]).

3 8, 13 Aquila uolans medio caelo: spiritus sanctus significatur in duobus prophetis contestans magnam plagarum iram imminere, si quo modo, quamuis sit nouissimum tempus, aliquis adhuc saluus esse possit.

[1]) cf. Apoc. 8, 7 et 16, 2 [2]) cf. ibid. 8, 8. 9 et 16, 3 [3]) cf. ibid. 8, 10. 11 et 16, 4—7 [4]) cf. ibid. 8, 12 et 16, 8. 9 [5]) cf. ibid. 9, 1 sqq. et 16, 10. 11 [6]) cf. ibid. 9, 13 sqq. et 16, 12—16 [7]) cf. ibid. 11, 15 et 16, 17—21 14 cf. ibid. 11, 3

2 minus dixit = ἐμείωσεν 4 sancti *A* percucurrit *scripsi*, percurrit *A* 5 reddit *Am1* 6 sed *scripsi*, et *A* 7 pseudoprophetia] *uerte:* es gibt nämlich auch eine falsche Auslegung 9 insaniam *A* 11 Babilonis *A*

est, quod est a deo decretum ut fiat, ideo bis dicitur. quicquid igitur in tubis minus dixit, hic in fialis est. nec aspiciendus est ordo dictorum, quoniam saepe spiritus sanctus, ubi ad nouissimi temporis finem percucurrerit, rursus ad eadem tempora redit et supplet ea quae minus dixit. nec requirendus est ordo in apocalypsi, sed intellectus sequendus; est enim et pseudoprophetia. sunt igitur scriptae in tubis et fialis aut plagarum orbi missarum clades[1]) aut ipsius Antichristi insania[2]) aut populorum detractatio[3]) aut plagarum differentia[4]) aut spes in regno sanctorum[5]) aut ruina ciuitatum[6]) aut ruina magnae Babylonis, id est ciuitatis Romanae[7]).

3 *[Et uidi unam aquilam uolantem per medium caelum.]* Aquila 8, 13
magna medio caelo uolans: spiritus sanctus significatur in duobus prophetis contestans magnam plagarum iram imminere, si quo modo quisque uolens sit nouissimo tempore conuersus, ut aliquis adhuc saluus esse possit.

[1]) cf. Apoc. 8, 7 et 16, 2 [2]) cf. ibid. 8, 8. 9 et 16, 3 [3]) cf. ibid 8, 10. 11 et 16, 4—7 [4]) cf. ibid. 8, 12 et 16, 8. 9 [5]) cf. ibid. 9 1 sqq. et 16, 10. 11 [6]) cf. ibid. 9, 13 sqq. et 16, 12—16 [7]) cf. ibid 11, 15 et 16, 17—21 14 cf. ibid. 11, 3

1 est *pr. om. C* deo] domino X decretum a deo *CB* bis] uobis *T*, nobis *M*, non bis *IK* quicquid *DCB,* quid *T*, quod X 2 igitur] ergo *IKg* tubas *F*, tuba *S* hic fiale sunt *H* hic] hinc *F* fialas *TF* est] emi *F* nec] non *g* inspiciendus *IK* 3 doctorum *F* quoniam *om. F* 4 percucurrerit *TDCBI*, percurrerit *cet.* eandem *F* 5 rediit *F* suplex eam *F* 6 *post* est *pr. add.* haec *F*, *add.* et *T* enim *om.* X et *om. S* 7 pseudoprophetia *scripsi*, ipsi prophetia *F*, ipse propheta *CB*, ipsum prophetam *M*, ipsa prophetata *DIK*, ipsud prophetata *T*, illa prophetata *H*, ipsorum (eorum *g*) quae prophetata sunt *S* scriptae Υ, scripta *HIKS*, scriptura *F*, significata *g* tubas Φ fialas *TD*Φ aut] et *T*Φ 8 urbi *IK* insaniam *F* 9 detractatio *T*, detractio *cet.* differentiam *F* 10 aut ruina ciu. *om. H* ruinam *F* 11 magnae *IK* (*cf. Apoc. 14, 8; 16, 19; 17, 5; 18, 2. 10. 21*), magnam *F*, magna *cet.* ciuitatis id est *CB* *post* ciuitatis *add.* magnae *H* 12 Et . . caelum *add.* X unum angelum *g* aquila . . uolans] per angelum per medium caelum uolantem *g* 13 uolans per medium caelum *HIK* 14 contestantis *T* 15 quisquis *S* (*sed* quisque *g*) uolens sit *g*, uolans sit *TX*, uolasset *DCB* sit] sic *F* 16 salus *e*

CAP. X.

1 10, 1. 2 Namque angelum fortem, quem dicit descendisse de caelo, amictum nubem — et iris super caput eius et facies eius tamquam sol et pedes eius tamquam columna ignis — et habentem in manu sua librum apertum — et posuit pedes suos supra mare et terram — [fol. 13r] dominum nostrum significat, sicut superius enarrauimus de 'facie eius tamquam solis', id est de resurrectione; super caput autem eius irim iudicium, quod factum aut facturus est. liber autem apertus apocalypsis est quam accepit Iohannes. pedes eius et superius diximus 'conflatos' esse apostolos. nam calcari ab eo et mare et terram, omnia pedibus eius subdita significat. angelum illum dicit, id est nuntium patris omnipotentis; uocatur enim magni con-

7 *cf. p. 20, 6—11* 11 *cf. p. 26, 3* 14 Esai. 9, 6

11 quam] quem *A* 12 terra *A* 14 id est *scripsi*, esse *A*

CAP. X.

1 *[Et uidi angelum fortem descendentem de caelo, amictum* 10, 1. 2 *nube, et erat iris super caput eius et facies eius tamquam sol et pedes eius tamquam columnae ignis. et habebat in manu sua librum apertum et posuit pedem suum dextrum super mare, sinistrum autem super terram.]* Nam angelum fortem, quem dicit de caelo descendisse, amictum nube et 10, 1. 2 irin super caput eius — et facies eius tamquam sol et pedes tamquam columna ignis. et habebat in manu sua librum apertum et posuit pedes suos super mare et terram — dominum nostrum significauit, sicut superius enarrauimus. facies eius tamquam sol: id est de resurrectione. super caput autem eius irin: iudicium, quod per illum factum est aut futurum est. liber apertus [reuelatio operum in futuro iudicio] (uel) apocalypsis est quam accepit Iohannes. pedes eius 'conflatos' et superius diximus esse apostolos. nam calcari ab eo et maria et terram. omnia pedibus eius subiecta significat. angelum eum dicit, id est nuntium, scilicet patris; uocatur enim magni consilii

12 *cf. p. 21, 13—18* 17 *cf. p. 27, 3* 19 Esai. 9, 6

2 Et uidi . . terram *add.* X Et *om. S* alterum angelum *g* 5 libellum *FH cum Vulg.* 6 nam *om.* X angelus iste fortis *I* angelum *om. DCB* *post* angelum *add.* istum X 7 desc. de caelo *S* amictum . . . *l. 11* terram *om.* X (*S praebet* amictum nube, *om. reliqua*) 8 hirin *T,* iris *B* faciem *T* 9 *post* pedes *add.* eius *CB* tamquam *om. CB* columnae *T cum Vulg.* 11 terra *T* *post* nostrum *add.* esse *g* significat *S*, significauit *I* 12 enarrabit *F*, enarraui *IKM* tamquam] sicut *Mm1S* 13 de *om. H* resurrectio *H* autem *om. FKg* iris *eKMS*, iris erat *H* *post* iudicium *add.* intelligitur *e,* innuit *g* 14 factum est aut *om.* Φ 15 reuelatio . . iudicio *add.* X uel *add. S* apocalypsis . . Iohannes *om.* Φ apocalypsis] *abhinc deest folium codicis D* 16 quam Ioannes uidit *CB* et] ut X 17 apostolos esse *CB* et marina et terrena *CBS*, et terram et maria *IK* 18 sub pedibus *CB* subiecta] esse subiectum *F* angelus autem dicitur *IKM* *post* angelum *add.* autem *FHS* eum *om.* X 19 nuntius *FIKM* enim] ergo *IK*

10, 3 silii nuntius. clamasse uoce magna: uox magna est caelestis, omnipotentis dei uerba hominibus nuntiare, quoniam post clausam paenitentiam spes postea futura non est.

2 10, 3| Septem tonitrua locuta uoces suas: spiritus septiformis uirtutis per prophetas protestatus omnia futura uoce illius in saeculo testimonium reddidit. sed quia dicit se scripturum fuisse, quanta tonitrua locuta fuissent, id est, quaecumque in ueteri testamento erant obscure praedicata, uetatur scribere, sed requirere et relinquere. quia erat apostolus, non oportebat gratiam sequentis gradus in primo uiro collocari, quia tempus iam prope est. apostoli enim uirtutibus signis portentis magnalibus factis uicerunt incredulitatem. post illos iam fide confirmatis ecclesiis datum solatium propheticarum scripturarum [fol. 13v] interpretandarum, quos interpretes prophetas dixit. ait enim apostolus: et posuit quidem in ecclesia primum apostolos, secundo prophetas, tertio doctores et reliqua. et alio loco ait: prophetae duo uel tres dicant et ceteri aestiment, et dicit: omnis

6 cf. Apoc. 10, 4 11 Apoc. 1, 3 et 22, 10 15 I Cor. 12, 28 17 I Cor. 14, 29 18 I Cor. 11, 5

4 spiritum *A* 5 protestatos *A* 7 quemcumque *A* 10 sequentis gradus *id est* prophetarum; in primo uiro *id est* in apostolo, *quia secundum I Cor. 12, 28 primum locum tenent in ecclesia apostoli, secundum prophetae* 12 portentis *scripsi*, potentibus *A* 13 confirmatos *A* ecclesiis] et legis *A* 15 apostolus] Paulus *add. A in marg.* 16 ecclesiam *A*

nuntius. clamasse uoce magna: uox magna est cae- 10, 3
lestis. omnipotentis dei uerba hominibus nuntiare et contestari, quia post clausam paenitentiam spes postea futura non est.

2 *[Et locuta sunt septem tonitrua uoces suas.]* Septem toni- 10, 3
trua locuta uoces suas: spiritus sanctus septiformis uirtutis per prophetas protestatus est omnia futura et uoce illius in saeculo testimonium reddidit. sed quia dicit se scripturum fuisse Iohannes, quanta locuta fuissent tonitrua, id est, quaecumque in ueteri testamento erant obscurate praedicata, uetatur scribere, sed relinquere ea signata, quia est apostolus nec oportebat gratiam sequentis gradus in primo conlocari, quia tempus, inquit, prope est. apostoli enim uirtutibus signis portentis magnalibus factis uicerunt incredulitatem. post illos iam eisdem consummatis ecclesiis datum est solatium propheticarum scripturarum interpretandarum, quos interpretes prophetas dixit. ait enim apostolus: et posuit quidem in ecclesia primum apostolos, secundo prophetas, tertio doctores et reliqua. et alio loco ait: prophetae duo uel tres dicant et ceteri aestiment, et ait: omnis mulier

7 cf. Apoc. 10, 4 11 Apoc. 1, 3 et 22, 10 16 I Cor. 12, 28 18 I Cor. 14, 29 19 I Cor. 11, 5

1 nuntius] angelus *CBHIK*, et nuntius *T* quod clamasse dicit u. m. *CB*, clamasse quoque eum u. m. *S* 2 omnipotentis *om. F* dei uerba *om. H* hom.] omnibus *FK* pronuntiare *IK* et] ac *I* 4 Et .. suas *add.* X Et *om. S* Septem .. suas *om. S* 5 sp̄s sp̄s *F* septemformis *F* *post* uirtutis *add.* est qui *g* 6 protestatur omnia esse futura *F* et *om. ΥIKM* uox *IK* illius] illis *I* 7 reddit *CB*, Ioannes reddidit *g* fuisse Ioh.] iohannes fuisse *IK* 8 Iohannes *om. Hg* locutus fuisset *F* 9 obscurate *scripsi,* obscura et ΥΦ, obscure *S,* obscura *g* scribere uetant *H* 10 est] erat *CB* 11 quia *om. S* quia] *add.* nunc *F*, *cf. Apoc. 10, 6* 12 inquit *om.* Φ prope est] iam non erit *H*, non erit *FM*, non erat *IK* 13 et portentis *FI* 14 eisdem] in eisdem *F* consumptis *CB* 15 quos] post X prophetas interpretes *IK* interpretantes *S* 16 dixi *S* apostolus autem ait *H* et quidem posuit *CB* 17 secundum *FM* 18 reliqua] pastores *H* alio] in hoc *I* uel] aut *CB*, atque *H* 19 ceteri] alii *CB* (= ἄλλοι, *item Ambrosiaster*, *cf. XVII 258 M*) extiment *TF*, examinent *S*

mulier orans aut prophetans non uelato capite deturpat caput suum. cum autem dicat: prophetae duo uel tres dicant, ceteri aestiment, non de catholica prophetia dicit inaudita et incognita, sed iam praedicata; aestiment autem, utrumne interpretatio cum testimoniis congruat dictionis propheticae. constat ergo hoc Iohanni non fuisse necessarium superiori uirtute armato, cum corpus Christi sit ecclesia suis membris ornatum et suo loco respondere debeat.

3 10, 10 Accipere autem libellum et comedere eum ostensionem significatam memoriae est mandare. dulce esse in ore praedicationis est fructus loquenti et audientibus dulcissimus, sed praedicanti et perseuerantibus in mandatis per
10, 11 passiones amarissimus. oportet, inquit, iterum praedicare, id est prophetare, in populis, linguis et nationibus: hoc est, quoniam, quando hoc uidit Iohannes, erat in insula Pathmos, in metallo damnatus a Caesare Domitiano. ibi ergo uidetur Iohannes apocalypsim [fol. 14r] conscripsisse et cum iam seniorem se putasset post passionem recipi posse, interfecto Domitiano omnia iudicia eius soluta sunt et Iohannes

2 I Cor. 14, 29 18 interfecto Domitiano] *cf. Hieronymi chronicon ad annum 2113 (Eusebii chron. ed. Schoene II 163):* Senatus decreuit, ut omnia quae Domicianus statuerat in irritum deducerentur ... Aiunt et apostolum Iohannem hoc tempore exilio solutum Efesum secessisse, in qua urbe et hospitiolum et amicos amantissimos sui habebat

2 deturpat *scripsi,* detur pereat *A* 5 autem] aut *A* 6 dictio profetica *A* 7 armatos *A* 8 ecclesia *subiecti locum tenet* 9 ostensionem = δεῖγμα, Schaustück, *cf.* erit in ostensionem sicut terebinthus *Esai. 6, 13 (Vulg.)* 10 memoria *A* 13 amarissimas *A* 16 Pathmos *scripsi,* Partha *A, quae lectio quodam modo cohaerere uidetur cum inscriptione epistularum Iohannis:* ad Parthos (*cf. Th. Zahn, Forschungen zur Geschichte des neutest. Kanons III 100*) metello *A*

orans uel prophetans detecto capite deturpat caput suum. cum autem dicat: prophetae duo uel tres dicant et ceteri aestiment, non de catholica prophetia dicit inaudita et incognita, sed et iam praedicata et nota; aestiment autem, utrumne interpretatio cum testimoniis congruat dictionis propheticae. constat ergo hoc Iohanni non fuisse necessarium superiori uirtute armato, cum corpus Christi, id est ecclesia, suis membris ornatum suo loco respondere debeat.

3 *[Et accepi librum de manu angeli et comedi illum.]* Acci- 10, 10
pere libellum et comedere ostensione sibi facta memoriae est mandare. *[et erat in ore meo tamquam mel dulcis.]* dulce esse in ore praedicationis est fructus loquentis et audientibus dulcissimus, sed et praedicanti et perseuerantibus in mandatis per passionem amarissimus. *[et dicit mihi:]* opor- 10, 11
tet autem te iterum prophetare, inquit, populis et linguis et nationibus: hoc est, quoniam, quando hoc uidit Iohannes, erat in insula Pathmos, in metallo damnatus a Domitiano Caesare. ibi ergo uidit apocalypsin et cum iam senior putaret se posse per passionem accepturum receptionem, interfecto Domitiano omnia iudicia eius soluta sunt et Iohan-

2 I Cor. 14, 29

1 delicato *H* 2 uel] aut *IK* 3 ceteri] alii *CB* de *om. H* 4 et iam] iam *IK*, et *g* *post* aestiment *add.* ita *F* 6 hoc *om. CB* non *om. T* 7 Christi corpus *CB* id] quae *S* 8 ornamentum *TΦ* ornamentum membris *F* 9 Et ... illum *add.* X Et *om. S* 10 librum X ostensione sibi (siue *T*) facta *TFHMS*, ostensionem sibi factam *IK*, sub ostensione facta *CB* 11 est mandare *om. CB* commendare *H* et ... dulcis *add* X et *om. S* dulcis] dulce *HS* 12 dulce] dulcis *CB*, dulcem *IK* esse *om. CB* praedicationem *IK* fructum *TFMS* loquenti *CB* 13 dulcissimum *TX* et *pr. om.* Φ praedicantibus X 14 amarissimum *HKM* et .. mihi *add.* X dicunt *FMS* 15 autem *om.* Φ*g* prophetari *F* inquit *om.* Φ*g* 16 linguis et nationibus Υ, linguis et gentibus multis *F*, linguis et gentibus et regibus multis *S*, gentibus et linguis et regibus multis *HM*, gentibus et regibus multis et linguis *IK* hoc est *om. F* hoc dicit propterea quod *g* hoc *alt.*] ista *S*, haec *g* 17 in *alt. om. F* metallum *e* dampnatus *TBFIK* 18 ibi *om. IK* 19 posse *om. eFg; uerte:* er werde möglicherweise die Aufnahme erlangen

de metallo dimissus est et sic postea tradidit hanc eandem apocalypsim quam a domino acceperat. hoc est: iterum prophetare oportet.

CAP. XI.

1 11, 1 Accepisse autem illum arundinem similem uirgae, ut metiret templum dei et aram et adorantes in ea, potestatem dicit, quam dimissus postea exhibuit ecclesiis. nam et euangelium postea conscripsit. cum essent enim Valen-

5 et accepisse autem *A* harundinem *A* 7 metiret, *cf. Georges, Wortformen p. 422 et Matth.* 7, 2 (*Vulg.*): remetietur = μετρηθήσεται 7 potestate *A*

nes de metallo dimissus est. sic postea tradidit hanc eandem quam acceperat a domino apocalypsin. hoc est: oportet te iterum praedicare.

CAP. XI.

1 *[Et ostensa est mihi arundo similis uirgae et stabat angelus* 11, 1
dicens: surge et metire templum dei et altare et eos, qui adorant in illo.] Accepisse autem arundinem similem uirgae, ut metiret templum dei et aram et adorantes in ea, potestatem dicit, quam dimissus postea exhibuit ecclesiis. nam et euangelium postea scripsit. cum esset enim

1 est *om. CBg* 2 a deo X hoc est ergo (quod ait *add. g*) *S* 3 praedicare] prophetare *CBF* *post* praedicare *uel* prophetare *propter foliorum in archetypo transpositionem haec uerba sequuntur quae transitum faciunt ad capitis XII u. 3*^b *expositionem* (*cf. p. 111, 4 sqq.*):

TFH: omnes gentes qui (quae *T*) cernunt (cenant *T*) in summam (simman *T*) antichristi contra istos staturae sunt et (*om. T*) gladio (gladium *T*) alterutrum sunt casurae (casuro *T*, casuri *H*). [uidi et ecce draco magnus rufus *add. FH*]. Quod (Et quod *T*) autem ait illum coloris esse rosei *etc.* (= *Apoc. c. XII u. 3*^b)

IKM: Tres testaturae (Contra sitos staturae *M*) sunt et gladio alterutrum sunt casurae. uidi et ecce draco magnus rufus (*c. XII u. 3*^b). Quod autem dicit illum coloris esse rosei *etc.*

Reliqui codices alii alio modo textum sanare studuerunt:

a) *CB:* Accepisse autem arundinem (= *c. XI u. 1*): omnes gentes quae dimicaturae antichristi (Antichristo *e*) contra istos statuendae sunt et (*om. CB*) gladium (gladiis *e*) alterutrum sunt casurae. qui ait illum coloris esse rosei *etc.*

b) *S:* omnes gentes (omnibus gentibus *g*): quia cernit (cernis *g*) insurgere antichristi turbas, et contra istos (istas *g*) staturae sunt et gladio alterutrum sunt casurae. (et *add. g*) ostensa est mihi arundo similis uirgae *etc.* (= *c. XI u. 1*): *haec recensio rectum et textus et interpretationis ordinem restituit* 5 Et . . in illo *add.* X ostensa] data Φ, *cf. Vulg.* 7 in illo *om. IK* Accepisse . . . *l. 9* in ea *om.* X 8 metiret *TD*, metiretur *CB* dei templum *DCB* 9 arundinem potestatem dicit *IK* potestatem . . . dimissus] Ostensa arundo similis uirge: haec ipsa est apocalypsis, quam *S* exibuit *Tm1DF*, exercuit *H* 10 ecclesias *F*, in ecclesiis *H* *post* euangelium *add.* perfecte fidei nostrae salutis causa *S*, *add.* iohannes *T* cum enim esset *IK* essent *CBg* enim *om. CB*

tinus et Cerinthus et Ebion et cetera scola ⟨satanae⟩ sparsa per orbem, conuenerunt ad illum de finitimis ciuitatibus episcopi et compulerunt eum, ut ipse testimonium conscriberet in dominum. 'mensura' autem fidei est mandatum domini nostri, patrem confiteri omnipotentem, ut didicimus, et huius filium dominum nostrum Iesum Christum ante originem saeculi spiritaliter apud patrem genitum, factum hominem et morte deuicta in caelis cum corpore a patre receptum, sanctum dominum et pignus inmortalitatis, hunc per prophetas praedicatum, hunc per legem conscriptum, hunc per manum dei et per uerbum patris omnipotentis et conditorem orbis totius mundi. haec est arundo et mensura fidei, ut nemo adoret ad aram sanctam, nisi qui haec confitetur: dominum et Christum eius.

2 11, 2 [fol. 14ᵛ] Aulam autem interiorem eice foras. aula atrium dicitur, uacua inter parietes area. hos tales non neces-
11, 2 sarios eici iussit de ecclesia. quia data est, inquit, calcari ⟨a⟩ gentibus, id est huiusmodi homines aut a gentibus aut cum gentibus conculcari. deinde repetit de nouissimi temporis ruina

4 cf. Apoc. 11, 1 9 sanctum dominum et pignus inmortalitatis = ἅγιον κύριον (cf. Apoc. 6, 10: ὁ δεσπότης ὁ ἅγιος) καὶ ἀῤῥαβῶνα τῆς ἀθανασίας (cf. Eph. 1, 14). *qui a patre spiritum gloriae recepit (cf. p. 18, 18; 26, 9 etc.), ut eum in credentes effunderet, ipse sanctus dominus et pignus inmortalitatis nominatur* 10 per manum dei] cf. Esai. 66, 2 et Act. 7, 50 13 dominum et Christum eius] cf. Ps. 2, 1 et Act. 4, 26; *haec uerba ab Hieronymo repudiata Victorini quem dicunt binitarismum demonstrant, cf. W. Macholz, Spuren binitarischer Denkweise im Abendlande seit Tertullian, 1902, p. 16—20*

1 Corinthus *A* Thesbion *A* cetera scola satanae sparsa *scripsi coll. Apoc. 2, 9,* ceteras scolas sparsas *A* scola, *cf. Georges, Wortformen p. 622* 3 ut *scripsi,* et *A* 7 spiritalem *a* 9 ſcm dnm (= sanctum dominum) *A; codicis lectio dubia non est. nam quamquam* sanctus *quattuor litterarum siglo designari solet (fol. 1ᵛ l. 12:* ſcti, *cf. p. 18, 3; fol. 3ᵛ l. 14:* a ſpu ſcto *etc.), tamen non deest aliud exemplum trium litterarum:* accipient ſci *(fol. 22ʳ l. 3), cuius scripturae multa exempla L. Traube in libro 'Nomina Sacra, Versuch einer Geschichte der christlichen Kürzung', 1907, praebuit (cf. p. 194 sqq.)* 12 harundo *A* 14 eiici *A* 15 hos tales = τοὺς τοιούτους 16 est *scripsi,* sunt *A* 17 a *om. A* 18 nouissima *A*

Valentinus et Cerinthus et Ebion et ceteri scolae satanae diffusi per orbem, conuenerunt ad illum de finitimis prouincii somnes episcopi et compulerunt, ut ipse testimonium conscriberet. 'mensura' autem filii dei mandatum domini nostri, patrem confiteri omnipotentem; dicimus et huius filium Christum ante originem saeculi spiritalem apud patrem genitum, hominem factum et morte deuicta in caelis cum corpore a patre receptum effudisse spiritum sanctum, donum et pignus inmortalitatis, hunc per prophetas praedicatum, hunc per legem conscriptum, hunc esse manum dei et uerbum patris et conditorem orbis. haec est arundo et mensura fidei, et nemo adorat aram sanctam, nisi qui hanc fidem confitetur.

2 *[Et atrium quod est intrinsecus templi exclude foras.]* 11, 2
Aulam autem interiorem eice foras. aula atrium
dicitur, uacua inter parietes area. hos tales non necessarios
eici iussit de ecclesia. quia data est, inquit, calcari a 11, 2
gentibus, id est huius mundi hominibus, ita ut a gentibus conculcetur. deinde repetit de nouissimi temporis

4 cf. Apoc. 11, 1 5 *haec recensio symboli Patricio nota erat, cum confessionem suam scriberet, cf. I. Haussleiter, Der Aufbau der altchristlichen Literatur, Berlin 1898, p. 36 sq.* (= *Götting. gel. Anz. 1898, p. 370 sq.*) 10 cf. Esai. 66, 2 cf. Ioh. 1, 1

1 corinthus ebion *D*, cherinthus euion *TF* 3 episcopi *om. DCB* *post* episcopi *add.* sancti *F* *post* compulerunt *add.* eum *S* ipsi *F* 4 conscriberent *F* mensuram *g* filii dei *ΥFHMS et Beatus p. 390*, fidei *IK* nostri *om. e* 5 confiteri patrem *F* *post* omnipotentem *add.* esse *g* 6 spiritualem *CBHIK, om. S* 7 *post* factum *add.* in anima uera et carne utraque sanctissima (miseria *g*) *S* caelos *eg* a patre] ad patrem *FM, item Patricius* 9 praedicatum] iudicatum *K* 10 manum] mandatum *B* *post* patris *add.* ex deo per omnia deum (dominum *g*) *S* 11 fides *F* adoret *T* 12 hanc] ante *F* 13 Et.. foras *add.* X Et *om. S* extrinsecus *K* templi *om. IK* exclude] eice *IK* Aulam..foras *om.* X 14 exteriorem *CB* atrius *TF* 15 area] ara *FHMS*, archa *K* 16 eici] excludi *H* sed cuius sit (*pro* secludi iussit) *F* de] ab *I* quia *om. S* 17 hoc est *g* mundi] modi *e* homines *M*, malos homines *Beatus p. 391* ita ut a gentibus conculcetur *DCB,* ut aut a gentibus concalcatur *T*, ut a gentibus aut (uel *g*) cum gentibus conculcentur *S*, *om.* Φ 18 nouissima *IK*

11, 2. 3 et excidio et ait: et ciuitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus. et dabo duobus testibus meis et praedicabunt amicti cilicio diebus mille CCLX, id est triennio et mensibus sex; dies mille CC⟨LX faciunt menses⟩ XLII. est igitur illorum praedicatio triennio
11, 5 et mensibus sex et regnum Antichristi alterum tantum. de ore autem illorum prophetarum exire ignem contra aduersarios potestatem uerbi dicit. omnes plagae, quae futurae sunt ab angelis, illorum in uoce mittentur.

3 Multi putant cum Helia esse Heliseum aut Moysen, sed utrique mortui sunt. Hieremiae autem mors non inuenitur. per omnia ueteres nostri tradiderunt illum esse Hieremiam: nam et ipsum uerbum, quod factum est ad illum, testificatur dicens: priusquam te figurarem in utero matris tuae, noui te et prophetam in gentibus posui te. in gentibus autem propheta non fuit. et ideo utroque diuino, quod promisit, necesse habet et exhibere, ut in gentibus sit propheta.

10 cf. Mal. 4, 5 et Carm. adu. Marcion. III 149 sq.:
Nobilis Helias, qui nondum debita mortis
Gustauit, quoniam rursum uenturus in orbem est.
11 cf. ibid. III 189 de Hieremia:
Nulla morte uirum constat neque caede peremptum.
14 Hier. 1, 5; cf. Carm. adu. Marcion. III 179 sq.:
Sanctus Hieremias, quem gentibus esse prophetam
Aeterni uirtus iussit dixitque futurum...

1 mensibus quadraginta duobus *scripsi*, amicti cilicio diebus mille CCLX, id est triennio et mensibus sex dies | mille CCXLII *A* (id est ... CCXLII *linea transuersa deleuit m2*) 2 et *Am1*, $\overset{\text{id}}{\text{et}}$ *Am2* 3 amicti cilicio *hic om. A* 4 dies mille CCLX faciunt menses XLII *scripsi*, dies mille CCXLII *A* 9 mittentur *scripsi*, imitentur *A* *post* mittentur *add.* multi putant eum Heliseum esse. error hic est *a; deinde sequuntur uerba:* multi putant eum Heliam *etc.* 10 cum Helia *scripsi*, eum Heliam *A* 11 Hieremiae *scripsi*, Helie *A* 12 per omnia = διὰ πάντων, durchgängig 16 utroque diuino *id est uaticiniis Hier. 1, 5 et Apoc. 11, 3 scriptis*

ruina et excidio et ait: ciuitatem sanctam calcabunt 11. 2. 3
mensibus quadraginta duobus. et dabo duobus
testibus meis et praedicabunt amicti cilicio dies
mille CCLX, id est triennium et menses sex; hoc faciunt
menses XLII. est ergo illorum praedicatio triennium et menses
sex et regnum Antichristi alterum tantum. *[et si quis eos uult* 11. 5
laedere, ignis procedit ex ore ipsorum et comedit inimicos eorum.] de ore autem illorum prophetarum exire ignem contra aduersarios potestatem uerbi dicit. omnes enim plagae, quotquot futurae sunt ab angelis, eorum in uoce mittentur.

3 Multi putant cum Helia esse Heliseum aut Moysen. sed utrique mortui sunt. Hieremiae autem mors non inuenitur. perque omnia ueteres nostri tradiderunt esse illum Hieremiam: nam et ipsum uerbum, quod factum est ad eum, testificatur ei dicens: priusquam te figurarem in uentre, noui te et, priusquam de uulua procederes, sanctificaui te et prophetam in gentibus posui te. in gentibus autem propheta non fuit, et ideo uerbum dei uerax necesse habet quod promisit exhibere, ut in gentibus sit propheta.

12 cf. Mal. 4, 5 16 Hier. 1, 5

1 ruinam scidio *F* et excidio *om. IK* et ciuitatem *H*, haec ciuitatem *F* 2 testibus meis duobus *FH* 3 prophetabunt *FHS cum Vulg.* ciliciis *FS* *uerba* amicti cil. *post* CCLX *ponunt FHS cum Vulg.* diebus *FHS cum Vulg.* 4 haec *g*, hoc enim *CB* faciunt] est *H* 5 menses *alt.*] mensibus *FHM* 6 alterum] alt̄ni (= alterni) *I* et . . eorum *add.* X et *om. S* uult *S*𝔅 *p. 391*, uoluerit Φ*g cum Vulg.* 7 procedet *IKS* ex] de *IKM* et comedet *IKS*, qui deuorabit *H, cf. Vulg.* 8 autem *om. CB* 10 in eorum uoce mittuntur *CB* 12 cum Helia esse Heliseum *TDFHMS*, cum Helia Heliseum esse *IK*, eum Heliam esse aut Heliseum *CB* 13 Hieremiae] Heliae *g* 14 perque omnia *IK*, per quem omnia *DFM*, per quem omnes *HS*, quem omnes *TC*, quia omnes *B* esse illum *TDFHS*, illum esse *cet.* 16 uentre] utero *IKM* cognoui *S* 17 procederes] egredereris *M* 18 posui] dedi *IK cum Vulg.* 20 exhibere] implere *I* propheta sit *CBIK*

hos duo candelabra et duas oliuas dixit: ideo admonuit, ut,
si in alio [fol. 15r] legens non intellexisti, hic intellegas; in
Zacharia enim uno ex XII prophetis scriptum est.
4 11, 4 Hi sunt duae oliuae et duo candelabra, qui in
conspectu domini terrae stant, id est in paradiso. hos
ergo oportet interfici ab Antichristo post multas plagas sae-
11, 7 culo infixas, quem dicit ascendisse bestiam de abysso.
⟨de abysso⟩ autem eum ascensurum multa testimonia nobis
in hoc capitulo contrahenda sunt. ait enim Esaias: ecce
Assur cypressus in monte Libano. ⟨'Assur': deprimens;
'cypressus' excelsus ramosus: id est populus multus;
'in monte Libano':⟩ in regno regnorum; formosus in ger-
minibus: id est fortis in exercitibus. aqua, inquit, nutriuit
illum: id est multa milia hominum, quae subiecta erunt illi.
abyssus auxit illum: id est ructuauit eundem. nam Ezechiel

3 cf. Zach. 4, 11—14 9 Ezech. 31, 3 13 ibid. 31, 4 15 cf. Esai. 8, 7

4 hii *A* 8 de abysso *om. A* 9 Esayas *A; falso Victorinus Esaiam prophetam laudat pro Ezechiele, cf. lin. 15* 10 *pr.* asur *A* *alt.* Assur . . in monte Libano *om. A propter homoeoteleuton* 12 formosum *A* 15 Ezechiel] *immo Esaias, cf. notam ad lin. 9*

[hi sunt duo candelabra in conspectu domini terrae stantes.] 11, 4
hos duo candelabra et duas oliuas ideo admonuit, ut, si in
alio legens non intellexisti, hic intellegas; in Zacharia enim
uno ex duodecim prophetis scriptum est.
4 Hi sunt duae oliuae et duo candelabra, qui in 11, 4
conspectu domini terrae stant, id est: sunt in paradiso.
hos ergo oportet interfici ab Antichristo *[et uidi, in-* 11, 7
quit, bestiam ascendentem de abysso] post multas plagas
saeculo infixas, quem dicit ascendisse bestiam de
abysso. de abysso autem eum ascensurum multa testimonia
nobis in hoc capitulo contrahenda sunt. ait enim
Ezechiel: ecce Assur cypressus in monte Libano.
'Assur': deprimens; 'cypressus' excelsus ramosus: id est
populus multus; 'in monte Libano': regnum regnorum, id
est Romanorum; formosus in germinibus: id est fortis
in exercitibus. aqua, inquit, nutriet illum: id est multa
milia hominum, quae subiecta erunt illi. et abyssus auxit
illum: id est ructauit eum. nam et Esaias paene eisdem

3 cf. Zach. 4, 11—14 12 Ezech. 31, 3 16 ibid. 31, 4 18 cf. Esai. 8, 7

1 hi .. stantes *add.* X domini] dei *IK* stantia *IK* 2 duo] duos *CB* et *om. TFHM* *post* oliuas *add.* dicit *H* monuit *DIK*, monui *CB*, nominaui *e*, dixit et admonuit *g* 3 enim *om. I* unum *TDF* 4 *post* prophetis *add.* ita *S* 5 duae] duo *DF* 6 astant *S* sunt] stant *H* paradiso] *add.* item alio sensu: in conspectu domini terrae stantes (astantia *g*), id est in conspectu Antichristi *Sg* 7 ab] cum *I* et .. abysso *add.* X 8 descendentem *K* 9 fixas *H*, inflictas *M*, expletas in finem *S*, expletas in fine *g* quem *om.* X de abysso *om. H* 10 eam ascensuram *H*, quod ascensura sit *S* multa .. sunt Υ, multis testimoniis est comprobandum (comprobatum *HIKg*) X *post* testimonia *add.* enim (*in cod. D erasum*) Υ 12 montem *F* 13 cypressos excelsas ramosas id est populos multos *CB* 14 regnum] in regno *S* *post* regnorum *add.* est *I* 15 romanum *IK* *post* formosus *add.* autem quod ait *S* genibus *T*, geminibus *D*, gentibus Φ id est fortis] fortem dicit *S* 16 aquam *T* nutriit *M*, nutrit *IK* illum] eum *CB* 17 quae *om. CB* erant *DF*, sunt *H* auxit *DS*, ausit *TFH*, hausit *CBIKM* 18 ructuauit *TB*, eructauit *HS*, eructuauit *K*, eructuabit *F* eum] illum *DH* et *om. F* hisaias *T* paene *om. F* hisdem *T*, idem *F*

paene eisdem uerbis loquitur [fuisse]. fuisse autem eum in regno regnorum et fuisse inter Caesares et Paulus contestatus est. ait enim ad Thessalonicenses: si modo tenet, qui uidetur, donec de medio tollatur. et tunc apparebit, cuius est aduentus secundum efficaciam satanae signis et mendaciis. et ut scirent illum esse uenturum, [qui tunc erat uenturus] qui tunc erat princeps, adiecit: arcanum malitiae iam molitur, id est, malitiam quam facturus est. arcane molitur, sed non uirtute sua nec patris ⟨sui⟩ suscitatur sed dei iussu. quare ergo Paulus dixit: idcirco quoniam non ceperunt amorem dei, mittit illis deus spiritum erroris, ut omnes persuadeantur mendacio, qui non sunt persuasi a ueritate. [fol. 15v] Esaias ait: sustinentibus illis lucem ortae sunt tenebrae.

5 Hos prophetas ab eodem interfici manifestat apocalypsis et
11, 8 quarta die resurgere, ne quis aequalis deo inueniatur. Sodomam autem et Aegyptum dici Hierosolymam actus populi persecutoris effecit. diligenter ergo et cum summa sollicitudine

3 II Thess. 2, 7b—9 8 ibid. 2, 7a 11 ibid. 2, 10. 11 14 Esai. 59, 9 17 cf. Apoc. 11, 11

1 fuisse (*pr.*) *uncis inclusi* 5 secundus *A* 6 sciret *A* 7 qui tunc erat uenturus *uncis inclusi* 8 malitiam *scripsi*, malicie *A* 10 sui *om. A* 12 persuadeant *A* 17 deo *A*, domino *a* Sodoma *A* 19 persecutores *A*

uerbis loquitur. fuisse autem eum iam in regno Romanorum et fuisse inter Caesares et Paulus apostolus contestatur. ait enim ad Thessalonicenses: qui nunc tenet. teneat, donec de medio fiat. et tunc apparebit iniquus ille, cuius est aduentus secundum efficaciam satanae signis et portentis mendacibus. et ut scirent illum uenturum, qui tunc erat princeps, adiecit: arcanum, inquit, malitiae iam molitur, id est, malitiam quam facturus est, arcane molitur, sed non sua uirtute nec patris sui suscitatur sed dei iussu. quare ergo Paulus eisdem dicit: idcirco quod non receperunt amorem dei, mittit eis deus spiritum erroris, ut omnes persuadeantur mendacio, qui non sunt persuasi ueritate. et Esaias ait: sustinentibus illis lucem tenebrae ortae sunt.

5 Hos ergo prophetas ab eodem interfici manifestat apocalypsis et quarta die resurgere, ne quis aequalis domino inueniatur. *(et iacebunt corpora eorum in plateis ciuitatis magnae,* 11, 8
quae uocatur spiritualiter Sodoma et Aegyptus.) Sodomam autem et Aegyptum dicit Hierosolymam: actus populi persecutoris efficit. diligenter ergo et cum summa sollicitudine

3 II Thess. 2. 7b—9 7 ibid. 2, 7a 10 ibid. 2, 10. 11 13 Esai. 59, 9 16 cf. Apoc. 11, 11

1 eum iam *om. F* 2 et *alt. om* 3 tesalonicenses *TD* thesalonicenses *IK* tenet] *add.* tantum *H* 4 de medio] dimidio *TD* fiat] sit *TF* apparebit] *add.* inquit *S* ille *om. IKM* 5 est adu.] aduentum *DΦ* effigiem *H* in signis *CB* 7 inquit *om. g* 8 moritur *B*, oritur *e* id est . . molitur *om. CB propter homoeoteleuton* malicia qua futurus est *H* archanam *IK* 9 non] nec *IK* iussu dei *S* 10 quare] qua de re *S* ergo *om. IKS* eisdem *scripsi,* hisdem *THM*, isdem *DS,* idem *CBIK* quod] quoniam *S* 11 recipiunt *H* amorem] ueritatem et charitatem *F* mittet *DCBHIS* deus *om. S* 12 persuadantur *TM*, persuadentur *F* 13 ueritati *TC*, ueritatem *F* ait] dicit *HK* suscitantibus *S* sustinentibus] *add.* autem *H* 14 lucem illis *CB* sunt] *add.* illis *S* 15 apocalipsin *TFMS* 16 surgere *TD* domino] deo *S* 17 et . . *lin. 18* Aegyptus *add. S* 18 Sodomam . . *p. 105, 8* rationis intellegatur *om. Φ* 19 actus] dictus *CB* persecutoris] persecutor id *e* 20 efficiet *e*

sequi oportet propheticam praedicationem et intellegere, quoniam spiritus sanctus sparse praedicat et praeposterat et percurrit usque ad nouissimum tempus. rursus tempora superiora repetit, et quoniam quod facturus est semel, aliquoties quasi factum esse ostendit — quod nisi intellegas aliquoties dictum, non aliquoties futurum, in grandem caliginem incidis —, ergo interpretatio sequentium dictorum in eo constabit, ut non ordo lectionis sed rationis intellegatur.

6 11, 19 Apertum esse templum dei quod est in caelo:
apparitio domini nostri est. templum dei filius ipsius est, sicut
ipse ait: soluite templum hoc et in tribus diebus
suscitabo illud; et dicentibus Iudeis: quadraginta sex
annis aedificatum est, [unde] ait euangelista: ille de
11, 19 templo corporis dicebat. arca testamenti: euangelii
praedicatio et indulgentia delictorum et omnia quaecumque
⟨cum⟩ illo aduenerunt, illud dicit apparuisse.

CAP. XII.

1 12, 1. 2 Mulier autem amicta sole et luna sub pedibus,
habens coronam stellarum XII, parturiens in dolo-

11 Ioh. 2, 19—21

2 sparse = ἐσπαρμένως *uel* σποράδην 8 lectionis *scripsi,* dilectionis *A* 13 unde *uncis inclusi* 16 cum *om. A*

sequi oportet propheticam praedicationem et intellegere, quoniam spiritus ex parte praedicat et praeposterat, et cum praecucurrerit usque ad nouissimum, rursus tempora superiora repetit. et quoniam quod facturus est semel, aliquotiens quasi factum ostendit — quod nisi intellegas aliquotiens ⟨dictum⟩, non aliquotiens futurum, in grandi caligine incides —, ergo interpretatio sequentium dictorum ea monstrabit, ut non ordine lectionis sed rationis intellegantur.

6 A p e r t u m e s t t e m p l u m d e i q u o d e s t i n c a e l o: *[*tem- 11, 19
plum apertum*]* apparitio est domini nostri. templum enim dei filius eius est, sicut ipse ait: s o l u i t e t e m p l u m h o c e t i n t r i b u s d i e b u s s u s c i t a b o i l l u d; et dicentibus Iudeis: q u a d r a g i n t a e t s e x a n n i s a e d i f i c a t u m e s t t e m p l u m i s t u d, ait euangelista: i l l e d i c e b a t, inquit, d e
t e m p l o c o r p o r i s s u i. *[et uisa est arca testamenti domini* 11, 19
in templo eius.] a r c a t e s t a m e n t i: euangelii praedicatio et indulgentia delictorum et omnia bona quae cum illo aduenerint, illa dicit apparuisse.

CAP. XII.

1 *[Et signum grande uisum est in caelo: mulier amicta sole* 12, 1. 2
et luna sub pedibus eius, et super caput eius corona stellarum

11 Ioh. 2, 19—21

1 prophetiam *D* 2 ex parte *DCBS*, ex parte se *T*, ex patre *g* parte] et *add. S* praecurrerit *S* 4 quoniam *om. g* 5 aliquotiens ... futurum] aliquoties ut factum aliquoties ut futurum *eg* dictum *addidi* non] nunc *S* 6 facturum *S* in grandem caliginem *g* incides] inuenies *D*, inuenieris *CB* 7 dictorum] *add.* in *TS* monstrabit *DCB*, monstrauit *TS* ordine ϒ, ordo *S* 8 intellegatur ϒ*g* 9 *ante* apertum *add.* et *S* templum apertum *add.* X 10 apparitio *scripsi,* apertio ϒ, manifestatio X 11 eius *om. D*X 12 tribus diebus] triduo *IKM* excitabo *CB* 13 sex] septem *T* 14 istud] hoc *H* ait *om. CB* ille] *add.* autem *HIK* inquit *om. HIK* 15 et .. eius *add.* X arca test. *om.* X 16 testamenti] et *add. F* praedicationem *I*, -es *K* 17 indulgentiam *IK* bona] dona *HIKMS* quaecumque *S* aduenerint ϒ, aduenerunt X 18 aperuisse *FHIKS* 20 Et signum .. *p. 107, 2* pariat *add.* X mulierem amictam *FMS* 21 sub capite *F*, in capite *g* eius *om. I* coronas *HS*

ribus suis: ecclesia est antiqua patrum et prophetarum et sanctorum [fol. 16r] apostolorum. quia gemitus et tormenta desiderii sui habuit. usque quo factum est ex plebe sua secundum carnem suam olim promissum [esse]. sole autem amictam: spem resurrectionis significat et gloriae repromissionem. luna uero: casus sanctorum corporum ex debito mortis, quod deficere numquam potest. nam quemadmodum minuitur uita hominibus. sic et augebitur nec in toto extincta est spes dormientium. ut quidam putant, sed habebunt in tenebris lucem sicut lunam. stellarum XII coronam: ⟨coronam⟩ patrum significat secundum carnis natiuitatem. ex quibus erat spiritus carnem sumpturus.

12, 3 a. 4 b Draco autem rufus stans expectans, ut cum pepe-

3 *uerte:* (die alttestamentliche Gemeinde sehnte sich), bis das einst Verheißene in Erfüllung gegangen ist aus ihrem Volk nach ihrem Fleisch secundum *scripsi,* secum *A* 4 esse *uncis inclusi* solem *A* 10 coronam *alt. om. A* 12 ſp̄s (= spiritus) *DF*, xp̄s (= Christus) *A; nomen* spiritus *Victorini doctrinae congruum esse testimonio est quod p. 8 lin. 13 legimus, ubi notam in apparatu critico adiunctam* (*post* conuersum *excidisse uidetur* Christum) *delendam esse nunc censeo* 13 ruffus *A*

duodecim; et in utero habet et clamat, parturiens et tormenta sustinens ut pariat.] Mulier autem amicta sole et luna sub pedes suos, habens coronam stellarum duodecim, parturiens in doloribus suis: antiqua ecclesia est patrum et prophetarum et sanctorum apostolorum, quae gemitus et tormenta desiderii sui habuit, usque quo fructum ex plebe sua secundum carnem, olim promissum sibi, uideret Christum ex ipsa gente corpus sumpsisse. sole autem amicta: spem resurrectionis significat et gloriam repromissionis. luna uero: casus sanctorum corporum ex debito mortis, quod deficere numquam potest. nam quemadmodum minuitur uita, sic et augetur nec in totum extincta est spes dormientium, ut quidam putant, sed habent in tenebris lucem sicut lunam. corona stellarum duodecim chorum patrum significat secundum carnem natiuitatis, ex quibus erat Christus carnem sumpturus.

2 *[Et uisum est aliud signum in caelo: et ecce draco rufus* 12, 3 a
stetit in conspectu mulieris quae incipiebat parere, ut cum 12, 4 b
peperisset filium deuoraret.] Draco russeus stans et ex-

